# PARS SECUNDA
CONTINENS
# MEDICAMENTORUM
PRÆPARATIONES.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134012-p0133-7

ro etiam [illegible] variorum ſalium [illegible]rroſione [illegible] e metallis obtinentur.

*Vitrificatio* eſt demum corporis cujusdam [illegible] validioris ope in corpus compactum, plus minus diaphanum nova fuſio [illegible] corpus inde obtentum

# ACETUM ANTISEPTICUM,

*ſeu*

CARDIACUM.

℞. Summitatum recentium
Abſinthii vulgaris.
Pontici.
Roſmarini.
Salviæ.
Menthæ.
Rutæ ana unc. iß.
Florum Lavandulæ ſiccatorum unc. ij.
Allii.
Calami aromatici.
Cinnamomi.
Caryophyllorum.
Nucis moſchatæ ana dr. ij.
Aceti fortis libr. viij.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134012-p0135-9 DFG

Macera in vaſe vitreo bene obturato per duodecim dies. Cola dein exprimendo fortiter, & filtra:

Tum adde

Camphoræ Spiritu Vini ſolutæ unc. ß.

Et in vitro bene obturato ſerva hoc acetum, Gallis *Vinaigre des quatre voleurs* dictum.

## ACETUM COLCHICI.

℞. Radicis Colchici recentis in taleolas tenues ſectæ unc. ij.
Aceti Vini libr. j.

Macerentur in lagena vitrea per quatuordecim dies, ſæpius liquorem agitando, dein coletur levi expreſſione acetum, & ſervetur. Bulbi ſunt colligendi tempore autumali, dum ſucco maxime turgent; etenim in ſucco eorum acri vera conſiſtit virtus: cæterum tabidi aut exſucci inertesque bulbi comedi ſine periculo poſſunt.

*Eodem modo paratur*

ACETUM SCILLITICUM.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134012-p0136-4
DFG

## ACETUM DESTILLATUM

*ſive*

### SPIRITUS ACETI.

℞. Aceti vini fortis q. v.

Impleatur retorta vitrea ad duas tertias partes, & adaptato vaſe recipiente inſtituatur ex balneo arenæ deſtillatio, initio leni, aucto tandem ſenſim calore, donec tres quartæ circiter partes aceti prodierint, ubi, ne empyreuma contrahat, ab ulteriori deſtillatione omnino deſiſtendum. Acetum hoc modo abſtractum excolor ſervetur uſui.

Si vero acetum debilius, nec optimæ notæ, pro deſtillatione receptum ſit, una, quæ initio prodit, quarta pars tanquam phlegmatica rejicienda eſt; ſolusque ſervandus, qui ſequitur, liquor acidior.

## ACETUM LAVANDULÆ.

℞. Florum Lavandulæ unc. iij.
Aceti Vini albi libr. iij.

Miſta

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134012-p0137-0

Miſta ſerventur pro uſu in lagena vitrea.

*Ita parantur.*

Acetum Rosarum ex floribus rubris ſiccis.

Rutæ ex herba recenti.

Sambuci ex floribus.

&c.

## ACETUM LITHARGYRI

*ſive*

Saturninum.

℞. Lithargyri libr. j.

Pone in vas vitreum colli anguſtioris, dein adfunde

Aceti Vini fortis libr. iv.

Digere tamdiu, ſubinde agitando, donec Acetum fuerit perfecte ſaturatum.

Hoc Acetum ad conſiſtentiam Extracti liquidi inſpiſſatum vocatur

Balsamum ſive Extractum Saturni.

ÆTHIOPS MARTIALIS. vide ſub Vitriolo Martis.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

urn:nbn:de:hbz:061:2-134012-p0138-6

## ÆTHIOPS MINERALIS.

℞. Mercurii vivi puri.
Florum Sulphuris partes æquales.

In mortario vitreo piſtillo vitreo terantur, donec Mercurius diſpareat, & pulvis acquiratur intenſe niger.

Aut fieri poteſt fundendo ſulphur in vaſe terreo leni calore, in quod injicitur mercurius æquali portione per alutam transpreſſus, ſub agitatione continua, donec in nigram maſſam mutetur, quæ in pulverem redacta ſervatur.

## ALUMEN USTUM.

℞. Aluminis quantum placet.

Uratur in crucibulo aut in fictili vaſe non vitreato, donec in maſſam ſpongioſam elevetur; expulſa tunc maxima humidi parte, tollitur de igne, ne totum ſimul acidum diffletur, & ſervatur.

## ANTIMONIUM DIAPHORETICUM ABLUTUM.

℞. Antimonii crudi libr. j.
Nitri puri optime ſiccati libr. iij.

Seor-

Seorſim pulverata & bene mixta in crucibulum capax ignitum ſucceſſive injiciantur, ut detonent, ſpatha ſubinde maſſam movendo. Maſſa tandem tota injecta calcinetur adhuc tantiſper; removeatur ab igne, & immittatur caute per parvas portiones in aquæ tepidæ ſufficientem quantitatem. Deinde aqua una cum pulvere trajiciatur per linteum album mediocris texturæ, ſpathula mixturam movendo, ut per colum ſubtilior pars pulveris facilius tranſeat. Tunc quieſcat, donec omnis pulvis ſubſederit. Aqua limpida decantetur, & pulveri nova aqua affundatur, idque toties repetatur, donec inſipida inde redeat. Pulvis tunc exſiccetur, & ſervetur.

Aqua ablutionis debite evaporata & ad cryſtalliſandum repoſita dabit cryſtallos, quæ vocantur

### Nitrum antimoniatum.

Solet quoque prior maſſa poſt detonationem aſſervari ſine ulla aquæ affuſione, quæ tunc dicitur

## ANTIMONIUM DIAPORETICUM NON ABLUTUM.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134012-p0140-5

# AQUÆ DESTILLATÆ COMPOSITÆ.

## AQUA, SEU BALSAMUM EMBRYONIS.

℞. Florum Tunicæ.
Tiliæ ana libr. ß.
Lavandulæ.
Herbæ Salviæ.
Meliſſæ.
Fœniculi.
Menthæ criſpæ.
Nucis Moſchatæ ana unc. iij.
Caryophyllorum.
Cinnamomi.
Cubebarum.
Granorum Paradiſi.
Macis.
Radicis Pœoniæ.
Zedoariæ.
Zingiberis ana unc. ij.
Galangæ dr. vj.

In-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134012-p0141-1

Inciſa & contuſa infundantur in
Spiritus vini libr. iv.
Aquæ ſontanæ libr. xx.
Et deſtillentur ex balneo mariæ ad abſtractionem librarum ſedecim.

## AQUA CARMINATIVA COMMUNIS.

℞. Florum Chamomillæ Romanæ libr. j.
Corticum Aurantiorum.
Citri ana unc. iß.
Herbæ Abſinthii pontici.
Menthæ criſpæ.
Pulegii.
Origani.
Seminum Coriandri.
Carvi ana unc. iß.
Fœniculi.
Aniſi ana unc. j.
Anethi unc. ij.

Infundantur inciſa & contuſa per duodecim horas in aquæ fontanæ libr. xvj.
Et abſtrahatur inde medietas.

## AQUA CARMINATIVA REGIA.

℞. Aquæ carminativæ communis libr. iß.
Spiritus aromatici libr. ß.

Sac-

Sacchari unc. iij.

Miſce, tinge ſ. q. Coccionellæ, dein filtra, & liquorem ſerva.

## AQUA CASTOREI.

℞. Foliorum Rutæ recentium.
Caſtorei ana unc. j.
Aquæ fontanæ libr. vij.
Spiritus Vini libr. j.

Miſceantur, & abſtrahantur libr. vj.

## AQUA CINNAMOMI VINOSA.

℞. Cinnamomi ruditer tuſi libr. ß.
Zedoariæ dr. iij.
Spiritus Vini libr. j.
Aquæ communis libr. v.

Stent infuſa per horas duodecim, dein inſtituatur deſtillatio ad abſtractionem librarum trium.

## AQUA HYSTERICA FOETIDA.

℞. Gummi Galbani.
Aſæ fœtidæ ana unc. ij.
Opopanacis.
Myrrhæ ana unc. iß.

Caſtorei.
Radicis Leviſtici.
Galangæ.
Pœoniæ ana unc. j.
Dictamni albi.
Zedoariæ ana dr. vj.
Seminum Cumini.
Macis.
Herbæ Matricariæ.
Meliſſæ.
Menthæ ana unc. β.
Rutæ unc. ij.
Conciſa & contuſa infundantur in
Spiritus Vini libr. ij.
Aquæ fontanæ lib. x.
Fiat deſtillatio ad abſtractionem librarum ſex.

## AQUA MELISSÆ COMPOSITA.

*ſive*

### Spiritus Carmelitarum.

℞. Herbæ Meliſſæ libr. iβ.
Corticum Citri recentium unc. iv.
Seminum Coriandri unc. viij.
Nucis Moſchatæ.
Caryophyllorum.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134012-p0144-8

Cinnamomi ana unc. ij.
Radicis Angelicæ unc. j.
Spiritus Vini rectificati libr. viij.
Aquæ Meliſſæ ſimplicis libr. ij.

Macera per nychthemerum, & abſtrahe in balneo mariæ libras ſeptem.

## AQUA THERIACALIS.

℞. Theriacæ Andromachi unc. iij.
Corticum Citri recentium.
Foliorum Rutæ.
Scordii.
Radicis Angelicæ.
Dictamni albi.
Imperatoriæ ana unc. j.
Contrajervæ.
Zedoariæ ana unc. β.

Aquæ deſtillatæ Juniperi libr. viij.
Spiritus Vini libr. ij.

Macerentur ſimul per nychthemerum, dein abſtrahantur in balneo arenæ libræ ſex, quæ ſerventur.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134012-p0145-4

## AQUA, *ſive* ELIXIRIUM

### Vitæ Matthioli.

Idem eſt ac *ſpiritus aromaticus*, quem vide ſuo loco.

Hic *Saccharo* edulcatus, & *Coccinella* tinctus Elixirium Vitæ dici ſolet.

## AQUA VULNERARIA

### cum Aceto.

℞ Herbæ Chærefolii.
Pimpinellæ albæ.
Conſolidæ ſaracenicæ.
Salviæ.
Artemiſiæ.
Calaminthæ montanæ.
Rutæ.
Hyſſopi.
Serpylli.
Florum Chamomillæ una unc. ß.
Aceti Vini fortis libr. viij.

Plantas inciſas infunde cum aceto in retorta vitrea, ſive in cucurbita humilioris colli per dies tres aut quatuor, dein ex balneo arenæ abſtrahantur libræ circiter ſex, uſui aſſervandæ.

AQUA

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134012-p0146-0

## AQUA VULNERARIA CUM VINO,

*ſive*

Eau d'arquebusade

*dicta.*

℞. Herbæ Artemiſiæ.
Conſolidæ ſaracenicæ ana unc. iß.
Origani unc. j.
Hyſſopi.
Menthæ ſaracenicæ.
Calaminthæ montanæ.
Fœniculi.
Salviæ.
Rutæ.
Rosmarini.
Florum Lavandulæ ana unc. ß.
Inciſis adfunde
Spiritus Vini unc. x.
Aquæ communis libr. xij.

Abſtrahantur in balneo arenæ duæ tertiæ partes, quæ uſui aſſerventur.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134012-p0147-6

# AQUÆ SIMPLICES.

## AQUA ANISI.

℞. Seminum Aniſi part. j.
Aquæ communis part. x.

Macerentur per horas viginti quatuor, & abſtrahantur partes ſex.

*Eadem methodo parantur*

AQUA SEMINUM CARVI.
FOENICULI.
BACCARUM JUNIPERI VIRIDIUM.

## AQUA AURANTIORUM FLORUM.

*Vulgo* NAPHÆ.

℞. Florum Aurantiorum recentium libr. j.
Aquæ communis libr. iv.
Deſtillentur illico ex balneo mariæ libræ duæ, quas ſerva.

## AQUA CALCIS.

℞. Calcis vivæ recenter uſtæ libr. j.
Extinguatur ſucceſſive adfundendo
Aquæ puræ libr. x.

Simul

Simul ac calx ſubſederit, aqua limpida decantetur, & ſervetur in vaſe bene clauſo.

NB. Si poſt aliquot menſes inefficax evaſerit, renovanda.

## AQUA CHAMOMILLÆ.

℞. Florum Chamomillæ vulgaris recentium part. j.
Aquæ communis part. viij.
Abſtrahatur inde medietas.

*Hac ratione parantur*

Aqua Florum Lavandulæ.
Papaveris Erratici.
Pulsatillæ nigricantis.
Sambuci.
Tiliæ.

## AQUA CERASORUM NIGRORUM.

℞. Ceraſorum nigrorum cum Nucleis contuſorum part. j.
Aquæ communis part. viij.

Macerentur per horas duodecim, & abſtrahantur inde partes quatuor.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134012-p0149-0

## AQUA CICUTÆ.

℞. Herbæ Cicutæ recentis part. j.
Aquæ communis part. vj.
Abſtrahantur inde partes quatuor.

*Ita paratur*

AQUA HERBÆ COCHLEARIÆ.

## AQUA CINNAMOMI COMMUNIS.

℞. Cinnamomi leviter contuſi libr. j.
Aquæ communis libr. xij.
Macerentur nychthemeri ſpatio, dein inſtituatur deſtillatio ad medietatem.

## AQUA CITRI CORTICUM.

℞. Corticum Citri recentium part. j.
Aquæ communis part. x.
Abſtrahantur inde illico partes ſex.

## AQUA CITRI TOTIUS.

℞. Pomorum Citri in fruſta ſciſſorum part. j.
Aquæ communis part. viij.
Abſtrahantur in balneo mariæ partes ſex.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134012-p0150-1 DFG

## AQUA COMMUNIS DESTILLATA.

℞. Aquæ communis. q. pl.

Deſtilletur ex cucurbita vitrea aut ex veſica ſtanno bene obducta, & ſervetur.

Hæc ſubſtitui poteſt omnibus iis aquis deſtillatis inſipidis & inodoris, quibus hucusque repletæ erant officinæ pharmaceuticæ, & quibus merito carere poſſumus.

## AQUA FORTIS

*vide*

SPIRITUM NITRI.

## AQUA FRAGORUM.

℞. Fructuum Fragorum recentium bene maturorum part. j.

Aquæ communis part. vj.

Macerentur per nychthemerum, dein abſtrahantur partes quatuor.

*Hoc modo paratur*

AQUA RUBI IDÆI EX FRUCTU.

## AQUA CHÆREFOLII.

℞. Herbæ recentis Chærefolii part. j.

Aquæ communis part. x.
Deſtillentur ad medietatem.

*Pari modo parantur*

Aqua Foliorum Hyssopi.
Majoranæ.
Matricariæ.
Melissæ.
Menthæ crispæ.
* Menthæ piperitæ.
Pulegii.
Rosmarini.
Rutæ.
Sabinæ.
Salviæ.
Tanaceti.

## AQUA ROSARUM.

℞. Florum Roſarum pallidarum ſale conditorum part. j.
Aquæ communis part. vj.
Deſtilletur aqua ad medietatem, & ſervetur.

## ARCANUM DUPLICATUM.

vide in præparatione

Spiritus Nitri.

## BACILLI LIQUIRITIÆ CITRINI.

℞. Pulveris Liquirit. unc. j.
Ireos Florentinæ.
Amyli ana unc. ß.
Croci ſcrup. ij.
Sacchari albiſſimi libr. j.

Fiat cum ſufficienti quantitate mucilaginis Gummi Tragacanthæ maſſa, ex qua formentur bacilli.

## BALSAMUM APOPLECTICUM.

℞. Olei Nucis Moſchatæ expreſſi unc. iij.
Deſt. Lavandulæ ſcrup. iv.
Cinnamomi.
Caryophyllorum ana ſcrup. ij.
Majoranæ.
Anthos ana dr. ß.
Rutæ.
Succini ana ſcrup. ß.
Balſami de Peru nigri dr. iß.

Omnia commiſcendo fiat lege artis Balſamum, quod tingatur colore nigro ope ſufficientis fuliginis puræ & tenuiſſimæ. Hoc incompletum nuncupatur; completum reddi poteſt ad-

dita-

ditamento *Moſchi*, *Zibethi*, & *Ambræ griſeæ* pro lubitu Medici præſcribentis.

## BALSAMUM CARYOPHYLLORUM.

℞. Olei Caryophyllorum dr. j.
Nucis Moſchatæ preſſi dr. iij.
Miſce, fiat Balſamum ſola frigida mixtione.

Eodem modo *Balſama* reliquorum *oleorum eſſentialium* parari ſolent, conficienda ex tempore ſingula.

## BALSAMUM SAXONICUM.

℞. Olei deſtillati Lavandulæ.
Succini ana ſcrup. iv.
Pulegii.
Majoranæ.
Salviæ.
Anthos.
Satureiæ ana dr. j.
Macis.
Rutæ.
Menthæ.
Origani ana ſcrup. ij.
Nucis Moſchatæ expreſſi unc. v.

Mi-

Miſceantur frigide omnia, & fiat Balſamum, quod etiam loco Balsami Cellensis & Stomachici exhiberi poteſt.

## (*) BALSAMUM SULPHURIS Rulandi, *ſive* simplex.

℞. Florum ſulphuris unc. iij.
Olei Amygdalarum, vel Nucum, vel Papaveris libr. iß.

Leni igne ſolve ſulphur in oleo prudenter & ſemper adſtans, interdum agitando materiem, donec conſiſtentiam balſami acquiſiverit.

## (*) BALSAMUM SULPHURIS Anisatum.

℞. Balſami ſulphuris Rulandini part. j.
Olei deſtillati Aniſi part. v.

Digere leni calore, & ſerva.

## (*) BALSAMUM SULPHURIS Terebinthinatum.

℞. Balſami ſulphuris Rulandini part. j.
Olei Terebinthinæ part. viij.

Digere, ut ſupra.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134012-p0155-0

## BUTYRUM ANTIMONII.

℞. Antimonii crudi.
Mercurii ſublimati corroſivi ana libr. j.

Singula ſeorſim in pulverem redacta miſceantur accurate in mortario vitreo, & indantur retortæ, appoſitoque excipulo fiat deſtillatio in balneo arenæ leni calore, paulatim aucto, donec butyracea materies prodire ceſſet. Hæc ex collo retortæ ope prunæ, caute admotæ, liqueſcat, ut in excipulum transfluat. Tunc ignis amoveatur, frigeſcat apparatus, & tollatur butyrum ex recipiente, in vitro bene clauſo aſſervandum.

Si pergitur, expulſo omni butyro, in deſtillatione aucto multum igne, ſublimatur ad collum retortæ materies nigricans, trituratione obſcure rubens, quæ CINNABARIS ANTIMONII vocatur. Mercurius vivus, qui etiam hic elevari ſolet, facile ſeparari a reliquis poteſt.

Qui BUTYRUM ANTIMONII ALBUM deſiderat, ſimplici nova deſtillatione illud obtinere poteſt.

CAN-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134012-p0156-6

## CANDELÆ FUMALES.

℞. Olibani.
Maſtiches ana libr. j.
Benzoes.
Styracis calamitæ ana libr. ß.
Ladani unc. iv.
Corticis Caſcarillæ unc. iij.
Carbonum lignorum bene exuſtorum libr. x.

Pulverata miſceantur, & cum ſufficiente quantitate Mucilaginis Gummi Tragacanthæ fiat maſſa, ex qua formentur l. a. candelæ.

## (*) CERATUM pro CEREOLIS BALSAMICIS.

℞. Emplaſtri Diachyl. c. gum.
Mercurial. ana. unc. ij.
Ceræ flavæ
Reſinæ ana. unc. iß.
Terebinthinæ claræ unc. j.
Æthiopis mineralis. dr. vj.
Balſami peruviani dr. iij.
M. ut fiat Ceratum pro cereis l. a. parandis.

(*) CE-

## (*) CERATUM PRO CEREOLIS DIGESTIVIS.

℞. Emplaſtri de Cicuta ſimplic.
Unguenti baſilici ana. Unc. iij.
Pulveris flammulæ Jovis unc. ijß.
Terebinthinæ coctæ
Ceræ flavæ ana. ijß.
Balſami de Copaiva unc. ß.

Uniantur omnia igne leni in maſſam, quacum formentur l. a. Cereoli.

### (*) IDEM CERATUM FORTIUS.

℞. Cerati prioris unc. vj.
Aluminis uſti dr. iij.
Salis ammoniaci puri dr. ij.
Mercurii præcipit. rubri dr. j.
Reſinæ Guajaci unc. ß.

M. ad eundem, ut præcedens, uſum.

## (*) CERATUM PRO CEREIS EXSICCANTIBUS.

℞. Ceræ flavæ libr. j.
Terebinthinæ coctæ Unc. iij.
Extracti Saturni debite concentrati dr. vj.

Unian-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134012-p0158-7

Uniantur igne lento in Ceratum, quocum efformentur l. a. Cerei. Si huic Maſſæ ſuperaddantur

Extracti Hyoſcyami unc. ß.
Olei Ovorum dr. vj.
Ceræ flavæ unc. ij.
apti etiam erunt

CEREOLI AD DOLORES LENIENDOS.

## CINNABARIS FACTITIA.

℞. Sulphuris q. p.
Funde in vaſe fictili; dein injiciantur
Mercurii vivi part. vij.

Agitetur continuo maſſa, donec bene ſit unita. Frigefacta reducatur in pulverem, & ſublimetur ex phiala vitrea igne ſat forti, phialæ orificium charta obturando. Maſſa ſublimata tollatur, & in ſubtiliſſimum pulverem teratur.

## CONSERVA ABROTANI.

℞. Foliorum Abrotani recentium part. j.
Conſcindantur minutim, dein contundantur in mortario marmoreo piſtillo ligneo in pul-

pam, admiſcendo ſucceſſive ſub tuſione continua

Sacchari albi pulverati part. ij.

Ut fiat exacta commiſtione Conſerva, in vaſe murrhino, aut vitreo, aut terreo vitreato aſſervanda.

*Ita parantur*

CONSERVA *Foliorum recentium* ACETOSELLÆ.
CARDUI BENEDICTI.
HEDERÆ TERRESTRIS.
MELISSÆ.
MENTHÆ.
ROSMARINI.
TRIFOLII FIBRINI.
VERONICÆ.

## CONSERVA COCHLEARIÆ.

℞. Herbæ Cochleariæ recentis part. j.

Inciſam contunde in mortario marmoreo in pulpam, cui ſenſim adjice

Sac-

Sacchari albi pulverati part. iij.

Ac ſub continua tuſione miſceantur exacte, ut fiat Conſerva.

*Hoc modo fiunt*

CONSERVA *Herbæ recentis* CICUTÆ.
FUMARIÆ.
NASTURTII AQUATICI.
*Florum recentium* PAPAVERIS RHOEADOS.

## CONSERVA ROSARUM.

℞. Florum Roſarum rubrarum recentium libr. ß.

Contundantur in mortario marmoreo in pultem; cui ſucceſſive ſub continua tuſione admiſce frigide

Sacchari albi in unciis quatuor Aquæ Roſarum ſoluti libr. j.

Et ſerva.

Hæc, vitriolata ſi expetitur, ex tempore reddi poteſt, admiſcendo ſingulis Conſervæ unciis *ſpiritus vitrioli acidi* gtt. x.

## CONSERVA TUNICÆ.

℞. Florum Tunicæ rubrorum recentium unc. iv.

Irrorentur uncia una aquæ deſtillatæ communis frigidæ, contundantur poſtmodum in mortario marmoreo in pulpam tenuem, cui exacte immiſceantur

Sacchari albi pulverati unc. viij.

Et ſerva.

## CORNU CERVI SINE IGNE PRÆPARATUM.

℞. Raſuræ Cornu Cervi q. v.

Tunde in pulverem ſubtilem, & per linteum trajectum pollinem ſerva.

## CORNU CERVI USTUM.

*Vide ſub*

Spiritu Cornu Cervi.

## CROCUS MARTIS APERITIVUS.

*Vide ſub*

Regulo Antimonii Martiali.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134012-p0162-8

## CROCUS METALLORUM.

*Vide*

HEPAR ANTIMONII.

## DIAGRYDIUM PRÆPARATUM.

Eſt Scammonium in ſubtiliſſimum pulverem redactum.

Hic pulvis, dum in uſum vocatur, cum *Amygdala dulci*, aut *Pini nucleo* ſubigi ſolet.

## ELÆOSACCHARUM AURANTIORUM & CITRI.

Fiunt atterendo *ſaccharum albiſſimum* ad *Poma* integra *Aurantia* vel *Citrea*, donec olei eſſentialis corticum ſapore & odore bene imbutum ſit.

Reliqua omnia *Elæoſacchara* ex tempore confici poſſunt ſequenti proportione: ſumitur *ſacchari pulverati albiſſimi* dr. j. & terendo in mortario marmoreo inſtillantur ſenſim duæ vel tres guttæ cujusdam *olei* eſſentialis v. g. *aniſi* &c. ut fiat Elæoſaccharum.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134012-p0163-4

## ELECTUARIUM ANTIFEBRILE.

℞. Conſervæ Cochleariæ.
Trifolii fibrini.
Pulveris Corticis Peruviani partes æquales.
Syrupi Fumariæ quantum ſufficit, ut fiat Electuarium

## (*) ELECTUARIUM CATHARCTICUM REGIUM.

℞. Confectionis Kermeſinæ dr. vj.
Reſinæ Scammonii pinearum ſcrupulis duobus ſubactæ unc. ß.
Conſervæ Florum Tunicæ dr. vj.
Cremoris Tartari dr. ij.
Miſceantur omnia optime, ut fiat Electuarium.

## (*) ELECTUARIUM *ſive* CONFECTIO HYACINTHINA.

℞. Pulveris ſpecierum hyacinthinarum unc. j.
Syrupi Acetoſitatis Citri unc. ij. vel q. s.

Ut fiat Electuarium ex tempore, ſi requiritur, conficiendum.

## (*) ELECTUARIUM

*ſive*

### CONFECTIO KERMESINA

*vulgo*

### ALKERMES.

℞. Coccinellæ in ſubtilem pulverem redactæ
dr. ij.

Tere in mortario vitreo adfundendo pauxillum aquæ Roſarum, ut fiat puls mollis, addendoque ſub ipſa tritura

Salis Tartari gr. viij.

His bene unitis adjice

Pulveris Aluminis crudi gr. viij.

Terantur adhuc parumper, dein admiſce

Olei Cinnamomi cum unc. ij. ſacchari triti
ſcrup. j.

Pulveris Coralliorum rubrorum unc. j.
Santali citrini unc. ß.

Syrupi Kermeſini libr. j.

Omnibus optime ſubactis confectionem ſerva.

## ELECTUARIUM DENTIFRICIUM.

℞. Pulveris dentifricii rubri unc. j.
Mellis Roſarum unc. ij. vel q. ſ.
Ut fiat commiſcendo Electuarium.

## ELECTUARIUM DIASCORDION.

℞. Florum Roſarum rubrarum.
Boli Armenæ ana unc. ij.
Herbæ Scordii dr. x.
Dictamni cretici.
Cinnamomi ana dr. vj.
Gummi Arabici.
Styracis calamitæ.
Radicis Tormentillæ.
Acetoſæ.
Gentianæ ana unc. ß.
Piperis longi.
Zingiberis ana dr. ij.
Opii puri dr. iß.
Mellis libr. iij.

Opium in Vino ſolutum cum melle ſubigatur, reliquæ dein ſpecies in pulverem redactæ admiſceantur, ut fiat Electuarium.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134012-p0166-1 DFG

## (*) ELECTUARIUM HIERÆ PICRÆ.

℞. Specierum Hieræ picræ unc. j.
Mellis deſpumati unc. iij.

Miſce in Electuarium ex tempore parandum.

## ELECTUARIUM INFANTUM

*ſeu*

REQUIES NICOLAI.

℞. Pulveris ad Tuſſim unc. iij.
Infantum abſorbentis unc. ij.
Conſervæ florum Papaveris rhœados unc. j.
Syrup. Diacodii q. ſ.
Miſce, fiat Electuarium.

## ELECTUARIUM LENITIVUM

*ſive*

TAMARINDORUM.

℞. Pulpæ Tamarindorum.
Prunorum ana libr. iß.
Roob ſambuci libr. j.

Pulveris Foliorum ſennæ unc. vj.
Cremoris Tartari unc. iv.
Mellis puriſſimi q. ſ. ut fiat Electuarium.

## ELECTUARIUM PECTORALE.

℞. Pulveris ſucci liquiritiæ inſpiſſati.
Seminis Aniſi.
Fœniculi ana unc. j.
Conſervæ Hederæ terreſtris.
Veronicæ.
Florum Papaveris erratici ana unc. iv.
*Syrupi de Hyſſopo q. ſ.
Miſce ut fiat Electuarium molliuſculum.

## ELECTUARIUM PURGANS,

*ſive*

## HYDRAGOGUM.

℞. Roob Sambuci.
Ebuli.
Juniperi ana unc. iv.
Pulveris radicis Jalapæ.
Tartari vitriolati ana unc. iß.
Syrupi de Spina cervina q. ſ.

Ut

Ut omnibus bene commiſtis fiat Electuarium.

## ELECTUARIUM

*ſeu*

### THERIACA ANDROMACHI.

℞. Foliorum Scordii libr. iß.
Marrubii albi.
Calaminthæ montanæ.
Chamæpityos ana unc. viij.
Roſmarini unc. vj.
Chamædryos.
Centaurii minoris cum floribus ana unc. iv.
Majoranæ.
Mari veri ana unc. ij.
Florum Roſarum rubrarum libr. iß.
Lavandulæ unc. x.
Hyperici unc. vj.
Radicis Dictamni albi.
Scillæ ana libr. ij.
Ireos florentinæ.
Caryophyllatæ ana libr. j.
Spicæ celticæ unc. viij.
Rhabarbari.

Zin-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134012-p0169-1

Zingiberis ana libr. ß.
Calami aromatici.
Phu pontici ana unc. v.
Angelicæ.
Gentianæ ana unc. iv.
Ariſtolochiæ rotundæ veræ unc. ij.
Aſari unc. j.
Corticis Winteranæ libr. iß.
Agarici albi.
Seminum Napi ana libr. j.
Amomi.
Cardamomi minoris ana unc. viij.
Petroſelini.
Aniſi.
Fœniculi.
Ammios.
Thlaſpi ana libr. ß.
Dauci cretici unc. iv.
Cinnamomi.
Piperis longi ana libr. ij.
Nigri libr. j.
Croci.
Myrrhæ.
Olibani.
Gummi arabici.

Boli

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134012-p0170-2 DFG

Boli armenæ ana unc. vj.
Styracis in granis unc. iv.
Succini unc. iij.
Caſtorei unc. ij.

Omnes hæ ſpecies in pulverem redactæ ſerventur.

℞. Opii libr. ij.
Succi Liquiritiæ inſpiſſati libr. j.
Hypociſtidis.
Acaciæ veræ.
Gummi Sagapeni ana unc. iv.
Opopanacis.
Galbani ana unc. ij.

In ſufficiente quantitate vini optimi ſolutis, & ad mellis conſiſtentiam inſpiſſatis admiſce

Opobalſami libr. j.
Terebinthinæ unc. vij.
Mellis libr. cxvj.

Tandem ſucceſſive & ſub continua miſtione pulverem ſuperius deſcriptum, ne tamen grumoſus incidat, per cribrum inſperge, ac pro faciliore ſpecierum commiſtione adfunde per intervalla portionem ſufficientem Vini optimi; ut ita ſub diuturna & ſtrenua agitatione omnia perfecte uniantur in Electuarium æqualis conſiſtentiæ, per annum integrum in vaſe

ca-

capaci, ut debite fermentare poſſit, aſſervandum, ſæpiusque hoc temporis ſpatio lignea ſpatha agitandum.

## ELECTUARIUM

*ſeu*

## THERIACA DIATESSARON.

℞. Pulveris radicis Gentianæ.
Ariſtolochiæ rotundæ veræ.
Baccarum Lauri
Juniperi.
Myrrhæ ana unc. ij.
Mellis deſpumati libr. ij.
Miſceantur, ut fiat Electuarium.

## ELIXIRIUM ASTHMATICUM

*Seu*

## PECTORALE DULCE.

℞. Spiritus aromatici libr. j.
Salis ammoniaci aniſati libr. ß.
Succi inſpiſſati Liquiritiæ unc. iij.
Digere ad ſolutionem ſucci, & ſerva in vitro exacte clauſo.

ELI-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134012-p0172-4

## ELIXIRIUM PROPRIETATIS DULCE.

℞. Tincturæ Aloës.
Eſſentiæ Myrrhæ ana unc. vj.
Croci unc. iij.
Miſce, & ſerva.
Si unciis ſingulis hujus Elixirii addideris Spiritus Sulphuris ſeu Vitrioli dr. j., habebis.

### ELIXIRIUM PROPRIETATIS *cum Acido.*

## ELIXIRIUM SALUTIS.

℞. Foliorum Sennæ unc. ij.
Radicis Enulæ.
Liquiritiæ.
Rhabarbari.
Ligni Saſſafras.
Seminum Aniſi.
Carvi.
Coriandri ana unc. j.
Paſſularum majorum unc. iv.
Salis Tartari dr. ij.
Spiritus Vini libr. iij.

Per-

Peracta debita digeſtione filtretur Elixirium, & ſervetur.

## ELIXIRIUM STOMACHICUM TEMPERATUM.

℞. Extracti Abſinthii.
Centaurii minoris.
Cardui benedicti.
Gentianæ.
Salis Tartari ana unc. j.
Flavedinis Corticum Aurantiorum amarorum unc. iv.

Inciſis adfundantur
Vini generoſi libr. iv.

Stent per noctem in infuſione calida, facta dein forti expreſſione ſervetur Elixirium rite filtratum.

## ELIXIRIUM VITRIOLI COMPOSITUM.

℞. Radicis Galangæ unc. iß.
Calami aromatici unc. j.
Herbæ Menthæ criſpæ.
Salviæ ana unc. ß.
Cinnamommi.
Caryophyllorum.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134012-p0174-5 DFG

Zingiberis ana dr. iij.
Nucis Moſchatæ.
Cubebarum.
Corticum Citri ana dr. ij.

Omnibus groſſo modo contuſis & permiſtis addantur.

Sacchari albi unc. iij.

Dein adfundantur duo Spiritus ſequentes antea commiſti, ſcilicet:

Spiritus Vitrioli unc. iij.
Vini libr. ij.

Et ſtent in digeſtione per octiduum, ut extrahatur Elixirium, quod filtratum ſervetur.

## ELIXIRIUM VITRIOLI SIMPLEX.

℞. Spiritus Vini rectificatiſſimi partes iij.
Olei Vitrioli albi partem j.

Miſce ſucceſſive, & ſerva.

## EMPLASTRUM ALBUM COCTUM.

℞. Olei Olivarum libr. iij.

Calefactis injice

Ceruſſæ albæ pulveratæ libr. vj.

Coque modico igne, ſub agitatione continua inſtillando ſubinde portionem aquæ, ne



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134012-p0175-1

humidum deficiat, donec debitam emplaſtri conſiſtentiam acquirat, ſimulque albedo perſiſtat.

## (*) EMPLASTRUM ANGLICANUM

*ſeu*

### GLUTINOSUM.

℞. Ichtiocollæ quantum vis,

Conſciſſam ſolve bulliendo in ſufficienti quantitate aquæ communis; ſolutio colata vaporet aduſque conſiſtentiam muccaginis ſpiſſioris, qua penicilli ope obducatur aliquoties ſericum nigrum, aut alterius coloris, rite ac fortiter expanſum: notandum tamen, ut poſt quamlibet obductionem, antequam denuo obducatur, ſericum perfecte ſiccum evaſerit. Hoc modo debite firmatum, ac lucidum ſericum illiniatur balſamo indico nigro, & in fruſta diſſectum ſervetur.

## EMPLASTRUM DE CICUTA

### COMPOSITUM.

℞. Gummi Ammoniaci unc. iij.

Solve in ſufficiente quantitate Aceti,

Solu-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134012-p0176-7

Solutioni admiſce

Succi Cicutæ ex tota planta expreſſi libr. j.

Inſpiſſa ad conſiſtentiam Extracti liquidioris. Dein

℞. Ceræ flavæ libr. ij.
Olei olivarum unc. viij.

Leni calore ſolutis admiſce ſupra memoratam maſſam, &

Pulveris Herbæ Cicutæ libr. ß.

Ut uniantur in Emplaſtrum.

## EMPLASTRUM DE CICUTA SIMPLEX.

℞. Olei Olivarum libr. j.
Ceræ citrinæ libr. ij.
Terebinthinæ.
Extracti Cicutæ ana unc. iij.
Pulveris Cicutæ libr. ß.

M. f. l. a. Emplaſtrum.

## EMPLASTRUM CITRINUM.

℞. Terebinthinæ libr. j.
Reſinæ Pini libr. jß.
Ceræ citrinæ libr. iij.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134012-p0177-3

Ad ignem liquata effundantur in capſulam chartaceam oleo illinitam, in tabulas ſcindenda.

## EMPLASTRUM DEFENSIVUM

### RUBRUM.

℞. Olei Hyperici libr. iß.
Ceræ citrinæ libr. iiß.
Boli armenæ.
Minii rubri ana unc. viij.
Thuris.
Maſtiches ana unc. j.
Camphoræ unc. ß.

Ceræ in oleo liquatæ admiſceantur reliqua, ut fiat lege artis Emplaſtrum.

## EMPLASTRUM DIABOTANON.

℞. Lithargyri libr. ij.
Olei olivarum libr. iv.

Coquantur in emplaſtri conſiſtentiam, adfundendo durante coctione intervallatim modicam aceti quantitatem; ſub finem immiſceantur extracta ſequentia aliquantulum liquata.

Extracti Herbæ Cicutæ.
Chelidonii majoris ana
unc. ij.
Elaterii unc. j.
Radicis Enulæ.
Valerianæ ana unc. ß.

Coquantur adhuc per aliquot momenta, tandem ſequentia admiſceantur inſimul prius liquata, & colata:

Ceræ flavæ.
Picis nigræ.
Terebinthinæ ana libr. ß.
Styracis liquidæ unc. iij.

Demum maſſæ parumper refrigeratæ unian-tur.

Pulveris Gummi ammoniaci.
Galbani ana unc. iij.
Olibani unc. ij.
Maſtiches.
Tacamahacæ ana unc. j.
Baccarum Lauri.
Radicis Ireos.
Hellebori nigri.
Seminum Cumini ana dr. vj.

Olei Laterum unc. iij.
Camphoræ in oleo ſolutæ unc. ß.
Omnibus optime permiſtis fiat Emplaſtrum.

## EMPLASTRUM DIACHYLON

### cum Gummi *ſive* Compositum.

℞. Emplaſtri Diachyli ſimplicis libr. ij.
Gummi Galbani.
Ammoniaci ana unc. j.
Opopanacis.
Sagapeni ana unc. ß.
Pulveris Radicis Ireos florentinæ unc. j.
Reſinæ Pini.
Ceræ ana unc. ij.
Terebinthinæ.
Olei Chamomillæ infuſi ana unc. j.

Gummi ſolvantur in ſufficiente quantitate aceti; colata ſolutio coquatur ad mellis ſpiſſioris conſiſtentiam, & cum terebinthina in leni calore uniatur. Deinde ſimul fundantur reſina, cera, & oleum; atque in hiſce colatis, ſolvatur Emplaſtrum; tandem ſub continua agitatione immiſceatur gummi cum terebinthina ſolutio, demam addatur Ireos pulvis, ut his omnibus unitis fiat Emplaſtrum.

EM-

## EMPLASTRUM DIACHYLON
### SIMPLEX.

℞. Mucilaginis Seminis Fœnugræci.
Lini.
Radicis Althææ ana libr. j.
Olei olivarum libr. iij.
Lithargyri libr. iß.

Coquantur omnia leni calore, continuata agitatione, uſque ad humidi conſumtionem in juſtæ conſiſtentiæ Emplaſtrum.

## EMPLASTRUM DIAPALMÆ

*Idem eſt ac*

Diachylon simplex.

## EMPLASTRUM DIAPOMPHOLYGOS.

℞. Olei Olivarum libr. j.
Succi Herbæ Solani libr. ß.

Coquantur ad conſumtionem humidi.
In Oleo hocce colato ſolve.
Ceræ citrinæ libr. ij.
Admiſce tandem
Pulveris Nihili albi aut florum Zinci.
Ceruſſæ albæ ana unc. j.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134012-p0181-4 DFG

Pulveris Plumbi uſti unc. iij.
Olibani unc. iß.
Ut fiat Emplaſtrum.

## EMPLASTRUM FILII ZACHARIÆ

*a vulgo ſæpe expetitum ſub titulo*

EMPLASTRI DE SPERMATE CETI.

℞. Ceræ albæ.
Sebi Cervini.
Adipis Anſerinæ ana libr. j.

Omnia ſimul liquando fiat Emplaſtrum eo, quo Emplaſtrum citrinum paratur, modo.

Si in ſingulis unciis hujus Emplaſtri diſſolveris
Spermatis Ceti dr. ij.
Hisque admiſcueris
Pulveris Gummi Galbani dr. j.
habebis
EMPLASTRUM SPERMATIS CETI
proprie dictum.

## EMPLASTRUM AD FONTICULOS RUBRUM.

℞. Ceræ flavæ unc. vj.

Sebi Cervini unc. ij.
Terebinthinæ.
Olei Liliorum alborum ana unc. iß.
Minii unc. iv.

Colliquatis ſuper igne intingantur ſub continua commotione lintea, quæ frigefacta piſtillo vitreo poliantur, & in fruſta quadrata ſciſſa ſerventur uſui.

## EMPLASTRUM DE GALBANO CROCATUM.

℞. Gummi Galbani in aceto diſſoluti, & ruſus inſpiſſati unc. vj.
Emplaſtri Diachyli ſimplicis.
De Meliloto ana unc. iij.
Ceræ citrinæ unc. ij.
Terebinthinæ unc. j.
Croci pulverati dr. vj.

Ad ignem lenem liquatis atque unitis admiſceatur croci pulvis, ut fiat lege artis Emplaſtrum.

## EMPLASTRUM DE LABDANO.

℞. Ceræ flavæ libr. iß.
Olei Olivarum libr. ß.

Terebinthæ unc. iij.
Solutis & colatis admiſce
Pulveris Labdani unc. iij.
Tacamahacæ
Maſtiches ana unc. iß.
Nucis Moſchatæ dr. vj.
Balſami Peruviani dr. iij.
Olei deſtillati Menthæ.
Cumini ana dr. iß.
Caryophyllorum dr. ß.
Ut fiat Emplaſtrum.

## * EMPLASTRUM MALACTICUM.

℞. Ceræ citrinæ libr. j.
Terebinthinæ unc. v.
Sebi Cervini.
Reſinæ Pini ana unc. iv.
Gummi Ammoniaci.
Galbani.
Pulveris Radicis Althææ.
Curcumæ.
Seminis Fœnugræci.
Lini ana unc. ij.
Fabæ.
Lupini ana unc. iß.

Cera, ſebo, & reſina liquatis immiſceantur gummi in aceto ſoluta, inſpiſſata, & cum terebinthina liquata; tandem pulveres addantur, ut fiat Emplaſtrum.

## EMPLASTRUM DE MELILOTO.

℞. Herbæ Meliloti unc. viij.
Majoranæ.
Abſinthii.
Florum Chamomillæ vulgaris.
Seminis Fœnugræci.
Baccarum Lauri.
Radicis Althææ ana unc. ß.
Ireos florentinæ.
Seminum Apii.
Cardamomi minoris ana dr. iß.
Styracis calamitæ unc. ß.
Gummi Ammoniaci dr. x.
Bdellii dr. vj.
Terebinthinæ.
Sebi Hircini.
Reſinæ Pini ana unc. iij.
Ceræ libr. j.
Olei Chamomillæ infuſi unc. vj.

Cera, Reſina, Sebum, & Oleum liquefiant leni calore; colatis admiſceantur Gum-

mi Ammoniacum, & Bdellium in aceto ſoluta, inſpiſſata, & cum Terebinthina unita; his parumper refrigeratis addantur ſub continua agitatione reliqua in ſubtilem pulverem tuſa, ut fiat Emplaſtrum.

## EMPLASTRUM MERCURIALE.

℞. Emplaſtri Diachyli ſimplicis libr. j.
Mercurii vivi terebinthina extincti unc. ij
Bene miſce pro Emplaſtro.

## EMPLASTRUM DE MINIO.

℞. Olei Olivarum unc. iv.
Ceræ citrinæ libr. j.
Terebinthinæ unc. ij.
Fluant leni igne, & admiſceantur
Minii libr. ij.
Ut fiat Emplaſtrum rubrum.

## EMPLASTRUM NORICUM.

℞. Olei Olivarum libr. iij.
Minii libr. iß.
Aceti unc. ix.
Coquantur ad juſtam Emplaſtri fuſceſcentis conſiſtentiam, in quo ſolve

Ceræ

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134012-p0186-3

Ceræ citrinæ unc. iij.

Semirefrigerato admiſce

Camphoræ cum Oleo amygdalino liquatæ unc. iß.

Et ſerva.

## EMPLASTRUM OXYCROCEUM.

℞. Ceræ flavæ.
Reſinæ Pini.
Colophoniæ ana libr. j.
Terebinthinæ unc. vj.
Croci.
Gummi Galbani.
Ammoniaci.
Myrrhæ.
Olibani.
Maſtiches ana unc. iv.

Cera, Reſina, & Colophonia ſimul liquentur, & colentur, quibus ſemirefrigeratis Galbanum, & Ammoniacum in aceto ſoluta, ad conſiſtentiam extracti cocta, & cum terebinthina commixta, tandem reliqua in ſubtiliſſimum pulverem redacta, ultimo Crocus Spiritu Vini irroratus jungantur, ut fiat Emplaſtrum.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134012-p0187-8

## EMPLASTRUM DE RANIS

CUM MERCURIO

*idem eſt ac*

EMPLASTRUM MERCURIALE.

## EMPLASTRUM AD RUPTURAS.

℞. Reſinæ Pini libr. ij.
Terebinthinæ libr. j.
Ceræ citrinæ libr. ß.
Olei infuſi Chamomillæ unc. iij.

Solvantur ſimul igne leni, dein admiſceantur

Pulveris Radicis Barbæ caprinæ
Conſolidæ majoris.
Lapidis Hæmatitæ ana unc. iij.
Sanguinis Draconis
Maſtiches
Olibani ana unc. j.

Ut fiat Emplaſtrum.

## EMPLASTRUM SAPONATUM.

℞. Olei Olivarum libr. ij.
Minii unc. xvj.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134012-p0188-4 DFG

Coquantur, per vices inſtillando paucam aceti portionem, ad juſtam Emplaſtri albidi conſiſtentiam, cui adhuc calenti admiſce

Saponis albi raſi unc. viij.

Agitentur ſtrenue calore leni ad ſaponis perfectam cum Emplaſtro unionem, tandem ſemirefrigeratis admiſce

Camphoræ unc. j.

Et ſerva.

## EMPLASTRUM STOMACHICUM.

*vide*

EMPLASTRUM DE LABDANO,

*cum quo idem eſt.*

## EMPLASTRUM DE TACAMAHACA

*idem ac*

EMPLASTRUM STOMACHICUM.

## EMPLASTRUM VESICATORIUM.

℞. Ceræ libr. ß.
Olei Olivarum
Terebinthinæ ana unc. ij.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134012-p0189-3

Liquatis ac paululum refrigeratis admiſce
Pulveris Cantharidum unc. iv.
Maſtiches unc. iß.
Tandem
Camphoræ cum aliquot guttis ſpiritus
Vini in pulverem tritæ unc. ß.
Et fiat Emplaſtrum.

## EMULSIO LAXATIVA.

℞. Amygdalarum dulcium recenter excorticatarum
Seminum Melonum ana dr. iij.
Cum
Aquæ deſtillatæ ſimplicis libr. ß.
Fiat emulſio, in qua frigida diſſolvantur in mortario marmoreo
Mannæ Calabrinæ electæ unc. ij.
Dein coletur & addatur.
Aquæ Cinnamomi ſimplicis dr. j.
Exhibeaturque pro una doſi.

## ESSENTIA ABSINTHII COMPOSITA.

℞. Herbæ Abſinthii unc. v.
Cardui benedicti.

Herbæ Centaurii minoris.
Trifolii fibrini ana unc. iij.
Corticum Aurantiorum unc. iv.
Radicis Calami aromatici.
Gentianæ.
Zedoariæ ana unc. j.
Macis
Cinnamomi ana unc. ß.

Conſciſſis, & permixtis affundantur Spiritus Vini libræ duodecim. Stent in digeſtione, donec extrahatur eſſentia, quæ poſt fortem expreſſionem filtretur.

## ESSENTIA AMBRÆ LIQUIDA.

℞. Spiritus Meliſſæ Carmelitarum unc. iv.
Liquoris anodyni unc. ij.
Ambræ griſeæ dr. j.
Moſchi ſcrup. ß.

Infuſa ſtent in digeſtione, donec proba eſſentiæ extractio facta fuerit, quæ filtretur, & ſervetur.

## ESSENTIA ANISI STELLATI.

℞. Aniſi ſtellati unc. iiß.
Spiritus Nitri dulcis libr. j.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134012-p0191-3

Digere, & Spiritum bene tinctum ſerva.

## ESSENTIA ANODYNA,

*ſeu*

### LAUDANUM LIQUIDUM SYDENHAMI.

℞. Aquæ Cinnamomi vinoſæ libr. j.
Opii depurati unc. ij.
Croci unc. j.

Infundantur ſimul ac digerantur in balneo arenæ per duos vel tres dies, donec opium ſolutum, ac liquor ſaturate tinctus fuerit, qui tum filtretur, & ſervetur.

## ESSENTIA AURANTIORUM CORTICUM.

℞. Corticum Aurantiorum unc. ij.
Conſciſſis minutim adfunde
Spiritus Vini libr. j.

Digerantur ad perfectam Eſſentiæ extractionem.

*Eodem modo parantur*

Essentia cinnamomi.
corticum citri.

Essen-

ESSENTIA MACIS.

RADICIS CONTRAJERVÆ.

ENULÆ.

GENTIANÆ.

SERPENTARIÆ VIRGINIANÆ.

## ESSENTIA CARMINATIVA.

℞. Radicis Zedoariæ unc. j.
Galangæ
Calami aromatici ana unc. ß.
Corticum Aurantiorum.
Citri ana dr. ij.
Seminum Carvi.
Florum Chamomillæ romanæ.
Baccarum Lauri.
Caryophyllorum ana dr. iß.
Macis dr. j.
Conſciſſis, contuſis, & miſtis adfunde
Spiritus Aniſi libr. iß.
Nitri dulcis libr. ß.

Et extrahatur Eſſentia, quæ filtrata ſervetur.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134012-p0193-5

## ESSENTIA CASTOREI.

℞. Caſtorei unc. ij.
Salis Tartari dr. iij.

Caſtoreo minutim inciſo, & ſale Tartari permixto adfundatur
Spiritus Vini libr. j.

Digerantur per octiduum, & filtretur Eſſentia.

## ESSENTIA CATECHU.

℞. Catechu ſeu Terræ Japonicæ unc. iij.
Spiritus Vini libr. j.

Stent in leni digeſtione, donec liquor ſaturate tinctus ſit, qui filtratus ſervetur.

## ESSENTIA CORTICIS PERUVIANI.

℞. Pulveris Corticis peruviani unc. iv.

Extrahatur cum Spiritus Vini rectificati libris duabus, digerendo ſufficienter, Eſſentia.

## ESSENTIA CROCI.

℞. Croci unc. iß.
Spiritus Vini libr. j.

Digerantur, ut extrahatur Eſſentia.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134012-p0194-0

## ESSENTIA GUAJACI.

℞. Gummi-reſinæ Guajaci unc. ij.
Spiritus Sacchari
Tafia vulgo, aut
Rum dicti libr. iv.

Digere per octiduum in vaſe vitreo, & filtratam ſerva Eſſentiam.

## ESSENTIA LIGNORUM.

℞. Ligni ſancti.
Saſſafras ana unc. iß.
Santali rubri.
Citrini.
Radicis Chinæ nodoſæ ana unc. j.
Spiritus Vini libr. ij.

Digere, donec ſpiritus ſaturate ruber evaſerit, dein filtra, & ſerva.

## ESSENTIA MYRRHÆ.

℞. Myrrhæ unc. iv.

Pulverata irroretur liquore ſalis Tartari in pultem, exſiccetur denuo, & adfundantur
Spiritus Vini libr. ij.

Digeſtione ad perfectam Spiritus ſaturationem peracta, filtretur, & ſervetur Eſſentia.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134012-p0195-6
DFG

*Eodem modo paratur*

ESSENTIA SUCCINI.

## ESSENTIA TRIFOLII FIBRINI.

℞. Herbæ Trifolii fibrini unc. iij.
Conſciſſæ ſuperaffundatur
Spiritus Vini rectificati libr. j.

Stent in digeſtione, donec Eſſentia fuerit extracta, quæ poſt fortem expreſſionem filtretur.

## ESSENTIA *ſive* BALSAMUM

### VITÆ HOFFMANNI.

℞. Olei deſtillati Lavandulæ.
Majoranæ.
Citri ana ſcrup. j.
Caryophyllorum.
Macis.
Rutæ.
Succini rectificati ana ſcrup. ß.
Cinnamomi gtt. v.
Balſami Peruviani dr. ß.
Spiritus aromatici libr. j.

Stent in digeſtione per aliquot dies, demum Eſſentia bene ſaturata filtretur, & ſervetur.

## EXTRACTA COMPOSITA.

### EXTRACTUM AMARICANS.

℞. Radicis & Herbæ Cichorei.
Herbæ Chamædryos.
Trifolii fibrini.
Cardui benedicti.
Florum Centaurii minoris.
Rhabarbari electi ana libr. ß.
Salis Tartari unc. ß.

Conſciſſa coquantur in ſufficienti quantitate aquæ communis, decoctum colatum inſpiſſetur in conſiſtentiam extracti, addendo in fine conſervationis gratia aliquot uncias ſpiritus vini.

### EXTRACTUM CATHOLICUM.

R. Colocynthidum unc. iij.
Agarici albi.
Scammonii.
Radicis Hellebori nigri ana unc. ij.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134012-p0197-8

Aloes ſuccotrinæ unc. iv.

Contuſis adfundatur ſufficiens quantitas ſpiritus vini, digerantur loco calido per unum alterumve diem, dein coletur infuſum cum forti expreſſione, reliquum excoquatur cum dupla portione aquæ communis, colatum decoctum cum Tinctura ſpirituoſa commiſceatur, ſpiritus inde in Balneo arenæ abſtrahatur, in alios uſus ſervandus; liquor vero remanens inſpiſſetur in Extracti ſolidioris conſiſtentiam.

## EXTRACTUM PANCHYMAGOGUM.

℞. Aloes ſuccotrinæ libr. ß.
Foliorum ſennæ unc. iv.
Colocynthidum.
Agarici albi ana unc. ij.
Rhabarbari electi.
Seminum Ebuli ana unc. iß.
Radicis Turbith.
Hellebori nigri ana unc. j.

Contuſis adfundatur ſpiritus vini ſufficiens quantitas, & peracta digeſtione procedatur de reliquo, ut in præparatione Extracti catholici.

# EXTRACTA SIMPLICIA.

## EXTRACTUM ABSINTHII VULGARIS.

℞. Herbæ Abſinthii recentis una cum floribus q. pl.

Inciſæ adfunde aquæ communis octuplum, abſtrahe in Balneo arenæ medietatem aquæ, quam pro *Aqua deſtillata* ſerva; reſiduum liquidum coletur, & Balnei mariæ calore ad eam uſque conſiſtentiam vaporet, donec maſſa inſpiſſata manui calens impoſita eidem non adhæreat.

*Eadem norma parantur*

EXTRACTUM SUMMITATUM CENTAURII MINORIS.

HERBÆ FLAMMULÆ JOVIS.

GRATIOLÆ.

HERBÆ ET FLORUM PULSATILLÆ NIGRICANTIS.

## EXTRACTUM ACONITI NAPELLI.

℞. Herbæ Napelli recentis q. s.

Contundatur in mortario lapideo, & exprimatur inde ſuccus, qui leni calore absque depuratione, &, dum ſpiſſeſcere incipit, ſub agitatione continua deducatur evaporando in juſtam conſiſtentiam Extracti.

*Hoc modo fiunt*

EXTRACTUM HERBÆ CHELIDONII MAJORIS
CICUTÆ.
FUMARIÆ.
HYOSCYAMI.
NICOTIANÆ.
STRAMONII.

## EXTRACTUM ALOES AQUOSUM

*ſive*

ALOE LOTA.

℞. Aloes ſuccotrinæ q. pl.

In pulverem redacta ſolvatur ebulliendo in ſufficienti quantitate aquæ communis; ſolutio coletur, & calore leni inſpiſſetur in Extracti ſolidioris conſiſtentiam.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134012-p0200-8

*Ita parantur*

EXTRACTUM MYRRHÆ.
OPII.

## EXTRACTUM FLORUM ARNICÆ.

℞. Florum Arnicæ quantum placet.

Coque in ſufficienti quantitate aquæ communis; decoctum bene ſaturatum & colatum vaporet calore moderato ad debitam extracti conſiſtentiam.

*Hac quoque methodo parantur*

EXTRACTUM HERBÆ ARNICÆ.
CARDUI BENEDICT.
CICHOREI.
LACTUCÆ VIROSÆ.
SOLANI FURIOSI.
TRIFOLII FIBRINI.
RADICIS GENTIANÆ.
HELLEBORI NIGRI.
LIQUIRITIÆ.
TORMENTILLÆ.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134012-p0201-4

## EXTRACTUM CORTICIS PERUVIANI.

℞. Corticis Peruviani ruditer tuſi q. pl.

Excoquatur iteratis vicibus in ſufficiente quantitate aquæ communis, donec omnes e cortice partes ſolubiles extractæ fuerint, colaturæ commixtæ inſpiſſentur leni calore in debitam Extracti formam.

*Pari modo fit.*

### Extractum Rhei.

## EXTRACTUM CROCI.

℞. Croci quantum placet.

Adfunde Spiritus Vini ordinarii quantitatem ſufficientem, & calore digeſtorio extrahe Tincturam, quam cola, & ſerva. Croco reſtanti novus adfundatur Vini Spiritus, ac procedatur ut ſupra; qui labor eouſque reiterandus, donec ſpiritus non amplius tingatur. Extractiones demum omnes commiſceantur, & inde in Balneo arenæ duæ tertiæ abſtrahantur partes. Liquor vero reſiduus in Balneo mariæ ad Extracti formam inſpiſſetur.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134012-p0202-0

*Eadem ratione fiunt*

EXTRACTUM RADICIS ANGELICÆ.
ENULÆ.
VALERIANÆ.

Simili quoque modo parari ſolet

(*) EXTRACTUM CORTICIS PERUVIANI RESINOSUM *dictum*.

## EXTRACTUM ELATERII.

℞. Fructuum matureſcentium Cucumeris aſinini quantum vis.

In mortario lapideo conquaſſatis adfunde quantitatem ſufficientem aquæ fervidæ, macerentur per horas duodecim; liquor dein fortiter expreſſus evaporet leni calore ad conſiſtentiam Extracti.

## EXTRACTUM MARTIS CUM SUCCO POMORUM.

Tinctura Martis cum ſucco pomorum parata evaporet ante Spiritus Vini additionem in debitam Extracti conſiſtentiam, & ſervetur.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134012-p0203-6

## FEL TAURI INSPISSATUM.

℞. Fellis Tauri recentis q. pl.

Vaporet in concha vitrea in Balneo arenæ ad Extracti ſolidioris conſiſtentiam.

## FLORES BENZOINI.

℞. Benzoes in fruſtula minora comminutæ quantum placet.

Immitte ollæ terreæ, cujus orificio imponatur conus fortis chartaceus & ſat altus. Igne moderato, ut Benzoe fluat, ſublimentur flores nivei, qui ſæpius de cucullo eximantur. Hi ubi fuſceſcere incipiunt, tollatur olla ab igne, & frigefacta tuſaque maſſa indatur retortæ vitreæ, & excipulo appoſito deſtilletur ex Balneo arenæ. Prodibunt adhuc flores cum oleo nigricante odoris non ingrati. Finita deſtillatione flores ope aquæ fervidæ ſoluti ab oleo ſeparentur, qui ex eadem frigefacta denuo cryſtalliſati auferantur. Oleum Benzoes vero ſeorſim ſervetur.

Si ſingulis libris *Benzoes* ante deſtillationem aliquot unciæ adduntur ſpiritus vini, collo retortæ bene purgato, obtinetur non raro portio



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134012-p0204-1 DFG

tio *Olei Benzoini* fragrantis, limpidiſſimi, & inſtar aquæ excoloris.

Poteſt etiam ſine prævia ſublimatione integer inſtitui proceſſus ex retorta ſupra dicto modo.

## FLORES SALIS AMMONIACI MARTIALES.

℞. Salis ammoniaci.

Lapidis Hæmatitæ partes æquales.

Tuſa in pulverem commiſceantur, immittantur in cucurbitam vitream, & impoſito capitello inſtituatur ſublimatio in Balneo arenæ. In principio prodit parva portio liquoris alcalini volatilis, qui, ſi lubet, lagenula ad roſtrum capitelli appenſa excipi poteſt. Sequuntur flores variæ flaventes, qui, frigefacto apparatu tollantur, & in vitro exacte clauſo ſerventur.

## FLORES SALIS AMMONIACI SIMPLICES.

℞. Salis ammoniaci quantum placet.

Solve in ſufficiente quantitate aquæ; ſolutionem filtra, & evapora, ut in cryſtallos niveas



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134012-p0205-7

veas coeat, quæ ſerventur exſiccatæ. Perge evaporare lixivium reliquum, donec nihil amplius cryſtalliſetur.

## FLORES SULPHURIS.

℞. Sulphuris ruditer tuſi quantum placet.

Immiſſum cucurbitæ terreæ adaptatisque vaſculis nonnullis ſibi ſuperpoſitis ad hunc proceſſum idoneis (vulgo *Aludel* dictis) in ſummitate capitello perforato terminatis, igne moderato ſublimetur. Sublimatum ſic ſulphur ſub nomine *florum* ſervetur.

## FLORES ZINCI.

℞. Zinci quantum placet.

Immitte crucibulo triangulari; cui ſuperimpone aliud ſimile crucibulum inverſum, ita ut anguli utriusque alternentur. Stent inter medios carbones, ut Zincum in fluorem deducatur. Sic Zincum in flammam exardeſcet, & ſublimabuntur flores albi, qui ſucceſſive utrumque crucibulum implebunt. Dum propter flores nimios ſuperficiei ſuæ inhærentes Zincum inflammari ceſſat, rutabulo ferreo flores amoveantur, ut de novo exardeat, quod repeten-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134012-p0206-3
DFG

tendum, donec omne Zincum in flores ſit converſum. Interea flores de utroque crucibulo pro rei neceſſitate ſæpius tollantur.

Hi flores ſi ſatis albi non ſunt, per parvas portiones injiciantur ſucceſſive in aliud crucibulum candens, & calcinetur, ut caſu adhærens adhuc phlogiſton abigatur, quo albeſcant debite.

## GLOBULI CARMINATIVI

*vide*:

Suppositoria.

## GLOBULI AD ERYSIPELAS

*vulgo*

Monialium Sanctæ Elisabethæ.

℞. Pulveris Aluminis crudi unc. iij.
Salis ammoniaci unc. iß.

Solvantur in
Aquæ communis libr. iß.

Cum hac ſolutione lævigentur ſuper porphyrite.

Cretæ albæ puriſſimæ libr. iiiß.
Ceruſſæ libr. ij.

ultimo admiſcendo

Camphoræ ope ſpiritus vini in pulverem redactæ unc. j.

Ut omnium fiat maſſa, ex qua formentur globuli ponderis unciæ dimidiæ in umbra exſiccandi, ac ſervandi.

## GLOBULI MARTIALES.

℞. Limaturæ ferri alcoholiſatæ part. j.
Cremoris Tartari part. ij.

Miſce ſimul in vaſe terreo, aut ferreo c. ſ. q. aquæ, ut inde fiat puls tenuis, quæ leni calore vaporet aduſque ſiccitatem, ſæpius tamen movendo; huic miſcelæ adfunde denuo aquam, iterumque ut prius exſiccari ſine, idque toties repete, donec maſſa debite inſpiſſata conſiſtentiam habeat tenacem quaſi reſinæ mollioris, ut inde valeant efformari globuli unciæ j. debite aſſervandi.

Sunt qui hos globulos ex martis extracto fieri jubent, ſed tunc ſuperfluum eſſet addere Cremorem Tartari, utpote qui ad facilitandam ferri ſolationem addi ſolet, dum interim in extracto mars ſolutus jam eſt.

HEPAR

## HEPAR ANTIMONII.

℞. Antimonii crudi.
Nitri ana libr. j.

Seorſim in pulverem trita mixtaque accurate in crucibulo candenti detonent, injiciendo per vices. Et ſervetur maſſa.

Hæc cum aquæ ſufficienti quantitate debite abluta, & exſiccata dicitur

Crocus Metallorum.

## *HEPAR SULPHURIS.*

℞. Sulphuris part. ij.
Salis alcalini fixi puri part. j.

Mixta injiciantur in crucibulum, ut fluant in igne diutius. Probe unita maſſa, dum ſcilicet colorem hepaticum nacta eſt, atque odorem ovorum putridorum ſpirat, eximatur, & frigefacta illico indatur vitro exacte claudendo.

## INFUSUM *ſive* AQUA ANGELICA.

℞. Cremoris Tartari dr. ij.
Solvantur in
Aquæ bullientis unc. viij.

In ipſa ebullitione adjiciendo
Mannæ electæ unc. ij.
Salis polychreſt. dr. ij.
His tandem ſolutis adde
Succi Citri recenter expreſſ. unc. j.
Cortic. Citr. recent. dr. ij.
Stent in vaſe clauſo per quadrantem horæ.

Clarificatum dein albumine ovi, & per chartam emporeticam calide filtratum exhibeatur.

## INFUSUM *ſive* AQUA LAXATIVA.

℞. Foliorum Sennæ dr. vj.
Cremoris Tartari dr. j.
Seminis aniſi ſtellati leviter contuſi dr. ß.
Miſta infundantur cum
Aquæ fervidæ ſ. q.

Stent per quadrantem horæ; dein ebulliant aliquantulum, ut colatura fortiter expreſſa ſit unciarum ſex, in qua ſolve
Mannæ electæ unc. ij.

Demum clarificatum ac colatum exhibeatur.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134012-p0210-4

## INFUSUM LAXATIVUM ALIUD

*vulgo*

### HYDROMEL INFANTUM.

℞. Foliorum Sennæ unc. iß.
Radicis Ireos florentinæ.
Liquiritiæ.
Paſſularum majorum.
Caricarum ana unc. j.
Aniſi ſtellati dr. j.
Infunde in ſufficienti quantitate aquæ fervidæ per horam, dein ebulliat parumper, ut colatura ſit libræ unius, in qua ſolve
Sacchari albi unc. ij.
Et clarificatum exhibe.

## INFUSUM *ſeu* SANGUIS

### CICHOREI SIMPLEX.

℞. Herbæ Cichorei unc. ß.
Salis Tartari gran. xv.
Infunde per noctem in
Aquæ ebullientis unc. iv.
Dein forti expreſſione coletur, & exhibeatur.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134012-p0211-0

In ipſa infuſione ſi addantur

Rhei electi ſcrup. ij.

Habetur idem Infusum cum Rhabarbaro dictum.

## INFUSUM ROSARUM.

℞. Florum Roſarum pallidarum recentium libr. vj.

Adſundantur

Aquæ fontanæ bullientis libr. xij.

Stent per viginti quatuor horas in infuſione, dein colatura fortiter expreſſa infundatur eodem modo ſupra novos flores, idque tertia vice repetatur. Colatura demum ultima ſervetur in lagenis anguſtioris colli, ſuperaffuſo oleo.

## INFUSUM *ſeu* TINCTURA
### Papaveris Erratici.

℞. Florum Papaveris erratici unc. iß.

Irrorentur

Spiritus Vitrioli gtt. xv.

Adde

Sacchari canarini unc. j.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134012-p0212-5

Et infunde cum

Aquæ florum Papaveris Rhoeados ferventis libr. j.

Infuſum frigefactum coletur, & exhibeatur.

## KERMES MINERALE

*ſive*

## Pulvis Carthusianorum.

℞. Antimonii crudi in fruſta minora comminuti quantum vis.

Injice in ſartaginem ferream.

Adde quadruplum circiter ſalis Tartari, & aquæ communis ſufficientem quantitatem; ebulliant ſimul per tres aut quatuor horas. Dein fervidus liquor per chartam emporeticam filtretur, ubi ex eodem refrigerato ad fundum ſecedet levis ex rufo badius pulvis, qui aqua pura aliquoties abluendus, leniter exſiccandus, & ſervandus eſt. Liquor a filtratione reſtans reſiduo in ſartagine adfundatur antimonio iterumque coquatur, ac de reliquo, ut in priori labore, procedatur. Hic labor cum eodem antimonio multoties iterari poteſt, adfuſa, dum deficit, nova aqua, &

poſt ſingulas coctiones nova ſemper obtinebitur dicti pulveris portio, quæ portiones omnes, ut ſupra monitum, tractandæ, tandem commiſcendæ, & ſervandæ.

## LAPIS CAUSTICUS.

℞. Calcis vivæ part. iij.

Extinguantur cum ſufficienti quantitate aquæ, cui injice

Cinerum Clavellatorum depuratorum part. j.

Miſcela moveatur bacillo ligneo, & filtretur per chartam bibulam. Lixivium inſpiſſetur in ſartagine ferrea in maſſam ſalinam, omni aqua orbatam, quæ, dum ſuper igne iterum fluit, illico effundatur, vel in modulos, vel ſuper laminam frigidam. Indurata & adhuc calida citiſſime indatur vitro exactiſſime claudendo.

## LAPIS INFERNALIS.

℞. Argenti cupellati limati q. pl.

Diſſolvatur in Aquæ fortis puriſſimæ ſufficienti quantitate.

Evaporetur leni calore ad medietatem. Ex frigefacta ſolutione tollantur cryſtalli, &

ſer-

ſerventur. Sic pergitur in evaporatione repetita, donec omne argentum in cryſtallos coiverit. Has omnes cryſtallos injice in crucibulum, evapora denuo ad ſiccitatem leniſſimo calore; ſimul ac iterum fluit maſſa, effundatur in modulum calefactum ſeboque illitum. Refrigeratus lapis eximatur, & ſervetur in vaſe bene clauſo.

## LIMATURÆ MARTIS
### SELECTIO.

E Martis Limatura vulgari extrahantur ope Magnetis ramenta ferri ita, ut hac methodo a particulis aut cupri, aut aurichalci, aliisve quisquiliis liberentur, quæ dein in pulverem ſubtilem redigantur.

## LIQUAMEN HEPATIS MUSTELÆ
### FLUVIATILIS.

Hepar Muſtelæ fluviatilis contritum ac ſacculo lineo incluſum ſuſpende in vitro oblongo, hoc impone cineribus calidis, & videbis hepar ſenſim diffluens ſtillare in vitrum ſuppoſitum, quod ſerva.

## LIQUAMEN, *ſeu* OLEUM MYRRHÆ PER DELIQUIUM.

℞. Myrrhæ pulveratæ q. pl.

Miſceatur cum dupla portione Albuminis Ovi ad duritiem coƈti, & minutim contriti; miſcela hæc pauca irroretur aqua calida, & ſacculo lineo incluſa ſuſpendatur in loco humido: Myrrha hac ratione liquefacta in vitrum ſacculo ſuppoſitum depluet. Singulis unciis hujus liquoris adde conſervationis gratia, ne mucorem contrahat, Spiritus Vini dr. j. Et ſerva.

## LIQUOR ANODYNUS MINERALIS.

℞. Olei vitrioli optimi libr. j.
Spiritus Vini rectificati libr. iij.

Oleum Vitrioli inſtilletur Spiritui Vini, relinquatur miſcela per aliquot horas in quiete, dein deſtillando abſtrahantur circiter libræ duæ, ceſſandum videlicet a deſtillatione, antequam Spiritus ſulphureus volatilis prodire incipit.

## LIQUOR CORNU CERVI SUCCINATUS.

℞. Salis Succini volatilis q. pl.
Aquæ communis q. ſ. pro ſalis frigida ſolutione.

Saturetur Spiritu Cornu Cervi rectificato, interdum bacillo agitando, donec non amplius effervescant.

Et liquorem ſerva.

## LIQUOR MERCURIALIS

*ſive*

### AQUA PHAGEDÆNICA.

℞. Mercurii ſublimati corroſivi dr. j.

Terendo in mortario vitreo adfunde ſucceſſive

Aquæ Calcis vivæ recenter paratæ libr. j.

Miſturam ſerva in lagena vitrea.

## LIQUOR SEU SAL VOLATILIS OLEOSUS.

℞. Spiritus aromatici libr. ij.
Salis ammoniaci vinoſi libr. ß.

Olei

Olei Caryophyllorum dr. ij.
Macis dr. j.
Cinnamomi dr. ß.
Miſceantur.

## LIQUOR SALIS TARTARI

*ſive*

### OLEUM TARTARI PER DELIQUIUM.

℞. Salis Tartari quantum libet

Indatur ſacculo linteo conico, & in loco humido ſuſpendatur, ut deliqueſcendo in vas ſuppoſitum depluere valeat.

Idem Liquor loco LIQUORIS NITRI FIXI adhiberi poteſt.

## LIQUOR SAPONATUS

*ſive*

### AQUA OPHTHALMICA

*cum Sapone.*

℞. Vitrioli albi unc. ß.
Saponis Veneti dr. iij.
Aquæ fontanæ libr. ij.

Co-

Coquantur in vaſe terreo ad conſumtionem quartæ partis, ut libra una & dimidia remaneat; refrigeratus dein liquor filtretur, & ſervetur.

## LIQUOR TERRÆ FOLIATÆ TARTARI

*vide ſub proceſſu*

TERRÆ FOLIATÆ TARTARI.

## LIQUOR VISCERALIS.

℞. Extracti Chamædryos.
Cichorei.
Trifolii Fibrini.
Martis pomati ana dr. iij.
Spiritus Nitri dulcis.
Eſſentiæ Corticum Aurantiorum ana unc. ij.
Aquæ Corticum Citri unc. vj.

Stent in loco temperato ad Extractorum ſolutionem, & liquor filtretur ac ſervetur.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134012-p0219-8
DFG

## LOOCH DE PULMONE VULPIS

*idem ac*

ELECTUARIUM PECTORALE.

## (*) LOOCH SANUM ET EXPERTUM.

Fieri poteſt ex tempore, excipiendo videlicet SPECIES DIAIREOS ſufficiente quantitate EMULSIONIS AMYGDALINÆ cum AQUA FOENICULI recenter factæ in formam Eclegmatis paulo ſpiſſiorem; ne diutius ejusmodi miſtio aſſervata, ut communiter accidere ſolet, aceſcat.

## MAGISTERIUM BISMUTHI.

℞. Bismuthi q. v.

Solve ſucceſſive in quinque, aut ſex partibus Spiritus Nitri puri. Solutionem dilue multa aqua pura, & præceps ruet Bismuthum forma pulveris candidiſſimi, quem aqua pura aliquoties, & ab omni acredine optime ablutum & exſiccatum in vaſe bene clauſo aſſerva.

MAGI-

# MAGISTERIUM
*vel*
## LAC SULPHURIS.

℞. Hepatis Sulphuris q. pl.

Solvatur in ſufficiente quantitate aquæ ebullientis, ſolutio filtretur, & præcipitetur inde ope aceti inſtillati pulvis, qui aqua calida aliquoties ablutus, & dein exſiccatus, ſervetur.

# MAGNESIA ALBA.
*vel*
## MURIÆ.

℞. Salis amari Sedlitzenſis q. pl.

Solve in ſufficienti quantitate aquæ, & cum lixivio colato Cinerum Clavellatorum præcipita inde pulverem album, qui aqua calida aliquoties ablutus, & exſiccatus ſervetur.

Eadem Magneſia obtinetur ex ſimili præcipitatione *Lixivii Matris ſalis marini.*

Videtur hæc Magneſia præferenda illi, quæ vulgo paratur ex *Lixivio Matre nitri.*

MEL

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134012-p0221-5

## MEL
### MERCURIALIS HERBÆ.

℞. Succi Herbæ Mercurialis.
Mellis partes æquales.
Coquantur in conſiſtentiam Mellis deſpumando.

## MEL PECTORALE.

℞. Specierum decocti pectoralis libr. ß.
Coquantur in
Aquæ communis libr. iij.
ad remanentiam duarum tertiarum. Colatura cum æquali portione Mellis in debitam coquatur conſiſtentiam.

## MEL ROSATUM.

℞. Infuſi Roſarum libr. vj.
Mellis libr. xij.
Coquantur in Mellis conſiſtentiam.

## MERCURIUS DULCIS.
*ſive*
### AQUILA ALBA.

℞. Mercurii ſublimati corroſivi in pollinem redacti.

Ar-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134012-p0222-1 DFG

Argenti vivi puriſſimi partes æquales.

Tere in mortario vitreo, donec argentum vivum diſpareat, totumque in pulverem cinereum mutetur, qui ſublimetur in cucurbita vitrea igne arenæ, donec nihil amplius adſcendat. Ex frigefacto apparatu tollatur ſola maſſa cryſtallina, rejectis reliquis, quæ denuo ſine additamento in pulverem reducatur, & ſublimetur, ut prius. Hic labor etiam tertia vice repetatur, & maſſa ſublimata tunc ſervetur.

Mercurius hic rite dulcificatus cum Aqua Calcis vel Oleo Tartari per deliquium tritus non flaveſcit, ſed nigreſcit; nec ſaporem habere, nec ſolubilis eſſe debet in aqua frigida.

Si hic Mercurius dulcis adhuc aliquoties de novo ſublimetur, vocatur

## PANACEA MERCURIALIS,

*aut* CALOMEL, *ſive* CALOMELAS.

## MERCURIUS PRÆCIPITATUS ALBUS.

℞. Mercurii ſublimati corroſivi q. pl.

Solve in ſufficiente quantitate aquæ; adfunde ſucceſſive Spiritum Salis ammoniaci vulgarem, donec nihil amplius præcipitetur.

Pulvis albus, aqua calida aliquoties ablutus, & ſiccatus ſervetur.

## MERCURIUS PRÆCIPITATUS RUBER.

℞. Mercurii vivi puriſſimi q. pl.

Solve in aquæ fortis debita quantitate.

Solutio deſtilletur ex balneo arenæ ad ſiccitatem usque. Maſſa remanens tollatur, & in crucibulo eo usque calcinetur, donec colorem acquiſiverit eleganter rubrum, & ſervetur.

## MERCURIUS SUBLIMATUS CORROSIVUS.

℞. Maſſæ Mercurialis in antecedente proceſſu in retorta obtentæ

Vitrioli ad albedinem calcinati

Salis communis decrepitati partes æquales.

Seorſim in pulverem redacta miſceantur accurate, & ſublimentur in balneo arenæ ex cucurbita, donec nihil amplius elevetur. Ex frigido fractoque apparatu eximatur maſſa Sa-



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134012-p0224-3

lina ſuperiori parti ventris cucurbitæ adhærens, & ſervetur.

## MISTURA SIVE AQUA PERLARUM

*vide ſub*

PULVERE SPECIERUM AQUÆ PERLARUM.

## (*) MORSULI IMPERATORIS.

℞. Piſtaciorum decorticatorum.
Amygdalarum dulcium ana dr. vj.
Flavedinis Corticum Citri recentium dr. iij.
Specierum Imperatoris minutim inciſarum dr. vj.
Sacchari in ſufficienti quantitate aquæ fontanæ ſoluti libr. iß.
Aquæ Naphæ dr. ij. vel iij. ad odoris gratiam

Saccharum ſolutum coquatur ad conſiſtentiam tabularem, tunc adde Aquam Naphæ, & fiat unica adhuc ebullitio; remotis dein ab igne immitte fructus; & ultimo, dum jamjam maſſa in modulum effundenda eſt, aromata admiſceantur.

*Et hæc norma eſt pro reliquis Morſulis* cum pulveribus conficiendis, qui ex tempore parandi ſunt, dum præſcribuntur.

## NITRUM ANTIMONIATUM

*vide ſub*

ANTIMONIO DIAPHORETICO ABLUTO.

## NITRUM DEPURATUM.

℞. Nitri q. v.

Solve in ſufficienti quantitate aquæ puræ calidæ.

Quieſcat liquor per nychthemerum, quem dein filtra, & ad cuticulam evaporatum in cella pone, ubi concreſcent cryſtalli a ſale communi repurgatæ, quas ſerva.

## NITRUM PRÆPARATUM

*ſive*

LAPIS PRUNELLÆ.

℞. Nitri crudi libr. j.

Fluat in crucibulo vel in ſartagine ferrea igni impoſita, atque tunc ſucceſſive injiciatur

Florum Sulphuris unc. j.

Maſſa demum effundatur guttatim in laminam metallicam politam, vel in tabulam marmoream, ut ſub Rotularum forma concreſcat.

# OLEA DESTILLATA

## ÆTHEREA.

### OLEUM ABSINTHII.

℞. Herbæ Abſinthii cum floribus q. ſ.

Adfunde octuplum aquæ communis, & deſtilla ex veſica, donec nullum amplius elevetur oleum, quod ab aqua ſeparatum ſerva; aquam vero deſtillatam novo Abſinthio adfunde, rejecto priori, iterumque deſtilla, idque toties iterando, donec ſufficiens habeatur olei copia, quæ in vaſis vitreis bene clauſis aſſervanda.

*Hoc modo parantur*

OLEUM FLORUM CHAMOMILLÆ.
LAVANDULÆ.
FOLIORUM MENTHÆ CRISPÆ.
PIPERITÆ.
ORIGANI.
ROSMARINI.

OLEUM FOLIORUM RUTÆ.
SABINÆ.
TANACETI.

## OLEUM ANISI.

℞. Seminum Aniſi q. pl.

Contuſis adfunde aquæ communis ſextuplum, macerentur per duodecim horas, dein deſtilletur ſub continua aquæ ebullitione oleum, quod ab aqua debite ſeparatum ſervetur. Aqua vero prolecta ad iterandas ſuper novis Seminibus deſtillationes, ut ſupra monitum, adhiberi poteſt.

*Pari modo deſtillantur*

OLEUM SEMINUM ANETHI.
CARVI.
CUMINI.
FOENICULI.
BACCARUM VIRIDIUM JUNIPERI.

## OLEUM AURANTIORUM CORTICUM.

℞. Corticum Aurantiorum recentium q. ſ.

Cum

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134012-p0228-6
DFG

Cum quadruplo aquæ inſtituatur illico deſtillatio ex cucurbita vitrea. Oleum & Aqua deſtillata ſerventur ſeorſim.

*Eodem modo deſtillatur*

OLEUM CITRI CORTICUM.

## OLEUM CARYOPHYLLORUM.

℞. Caryophyllorum contuſorum q. v.

Macerentur per nychthemerum cum quadruplo aquæ communis, dein inſtituatur deſtillatio per retortam vitream ex arena ad dimidium. Oleum, quod aquæ fundum petit, ab aqua ſeparatum ſerva; aquam vero eandem Caryophyllis in retorta relictis reaffunde, iterumque deſtilla, ut, ubi adhuc olei portio prodiit, obtineas cum priore ſervandam.

*Pari ratione parantur*

OLEUM CINNAMOMI.

LIGNI SASSAFRAS.

MACIS.

NUCIS MOSCHATÆ.

## OLEUM PETRÆ ALBUM

NAPHTA *vulgo*.

Hoc oleum, quum rariſſime in officinis habeatur nativum, atque parari poteſt ſequenti modo.

℞. Olei Petræ flavi aut rubri q. pl.

Inde retortæ vitreæ capaci; adfunde aquæ communis circiter decuplum, & excipulo adplicato juncturisque clauſis deſtillationem inſtitue ex balneo arenæ. Prodibit initio cum aqua oleum limpidum excolor, quod ab aqua ſeparatum in vitro bene clauſo aſſervandum.

## OLEUM SIVE SPIRITUS

TEREBINTHINÆ.

℞. Terebinthinæ part. j.

Aquæ communis part. vj. vel q. ſ.

Inſtituatur deſtillatio. Oleum deſtillatum ab aqua ſimul prolecta ſeparetur, & ſervetur.

Terebinthina in vaſe deſtillatorio reſtans TEREBINTHINA COCTA audit, quæ etiam in ſuos uſus eſt ſervanda.

*Pari modo paratur*

OLEUM PINI EX RESINA LIQUIDA.

OLEA

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134012-p0230-5
DFG

# OLEA DESTILLATA

## MAGIS MINUSVE EMPYREUMATICA.

### OLEUM BUXI.

℞. Ligni Buxi in fruſta minuta ſciſſi q. ſ.

Immitte retortæ vitreæ, & igne gradatim aucto, inſtituatur deſtillatio. Oleum a liquore aquoſo ſimul prolecto debite ſeparatum ſervetur.

### OLEUM CORNU CERVI.

Acquiritur ſub deſtillatione *Spiritus Cornu Cervi*, quem vide ſuo loco.

### OLEUM LATERITIUM.

*vulgo*

PHILOSOPHORUM.

Fruſta laterum bene ignita imbuantur Olei Olivarum ſufficienti quantitate, ac in retorta vitrea ex arena deſtillentur ſenſim ignis gradu aucto, ad omnis Olei expulſionem.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134012-p0231-1
DFG

## OLEUM SUCCINI.

℞. Succini raſi q. v.

Solum vel cum arena commiſtum inde retortæ vitreæ, & gradatim deſtilla. Prodibit primo liquor acidulus cum pauco oleo flaveſcente; ſequitur dein oleum flavum ac portio ſalis; tandem oleum ſubrubrum majorque ſalis copia forma cryſtallina. Sal ſeorſim aſſervandus. Oleum vero ab acidulo liquore ſeparatum ex cucurbita vitrea rectificandum, & aſſervandum.

*Pari modo deſtillatur*

### OLEUM CERÆ

At hic ſal nullus obtinetur.

## OLEA PRESSA.

### OLEUM

### AMYGDALARUM AMARARUM.

℞. Amygdalarum amararum q. v.

Redigantur in pulverem rudem, includantur ſacculo linteo, & ſub prelo modice calefacto omne exprimatur oleum.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134012-p0232-7
DFG

*Ea ratione parantur*

OLEUM AMYGDALARUM DULCIUM.
NUCUM.
SEMINIS HYOSCYAMI.
LINI.
PAPAVERIS.

## OLEUM BACCARUM LAURI.

℞. Baccarum Lauri recentium & bene maturarum q. ſ.

Contuſis adfundatur aquæ communis ſufficiens quantitas, cum qua bulliant media circiter hora in vaſe, ne tamen aquæ evaporatio nimis violenta ſit, leviter tecto. Liquor bulliens percoletur fortiterque exprimatur, in cujus frigefacti ſuperficie oleum hærebit odoratum Butyri conſiſtentia, quod inde tollendum & aſſervandum. Reſtantes poſt expreſſionem Baccæ denuo excoqui, ut prius exprimi, ac operationes hæ repeti eo uſque poſſunt, donec nullum amplius hoc modo oleum obtineatur.

*Nuces* rectius quam *Baccæ* dicerentur Lauri fructus ex eo, quod maxima dumtaxat

olei

olei ita obtenti copia in dictorum fructuum nucleis contineatur.

## OLEUM NUCIS MOSCHATÆ.

℞. Nucum Moſchatarum quantum placet.

Contuſæ & modica aqua calida irrigatæ ope preli calefacti oleum inde exprimatur.

Hoc ut etiam præcedens oleum raro in noſtris paratur officinis; ſed ambo communiter aliunde allata leviori emuntur pretio.

## OLEUM OVORUM.

℞. Vitellorum Ovorum ad duritiem coctorum quantum vis.

Contriti torreantur in ſartagine lento calore ſub continua agitatione, donec pinguedinem exſudare incipiant; tunc adhuc calentes linteo includantur, indeque intra calefactum prelum exprimatur oleum.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134012-p0234-8

# OLEA COCTA,

*ſive*

INFUSA COMPOSITA.

## OLEUM COLOCYNTHIDIS

COMPOSITUM,

*ſive*

HABACUCINUM *vulgo dictum.*

℞. Herbæ Abſinthii recentis unc. vj.
Radicis Gentianæ unc. iij.
Hellebori nigri.
Pulpæ Colocynthidis ana unc. ij.
Aloes.
Fellis Tauri inſpiſſati ana unc. iß.
Seminum Cinæ.
Foliorum Rutæ ana unc. j.

Inciſis ac contuſis adfunde
Olei Olivarum fervidi libr. iv.

Macerentur per dies octo, dein facta una aut altera ebullitione ad humidi abſumtionem coletur oleum, cui refrigerato admiſce
Olei Petræ rubri unc. iv.
Spicæ unc. iß.

Et ſerva.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134012-p0235-4 DFG

## OLEUM HYPERICI.

℞. Florum Hyperici recentium libr. iij.
Croci dr. iij.
Olei Olivarum libr. vj.

Macerentur ſimul per octo dies, factis tandem aliquot ebullitionibus forti expreſſione oleum coletur, ac clarum dein a turbido per inclinationem ſeparetur, in quo ſolvatur
Terebinthinæ libr. iß.
Et ſervetur

## OLEUM VIRIDE.

℞. Herbæ Valerianæ cum radice.
Cardui benedicti.
Anethi ana recentis unc. iij.
Graminis.
Centaurii minoris cum floribus.
Hyperici cum floribus.
Baccarum Juniperi viridium ana recentium unc. ij.

Inciſis ac contuſis adfunde
Olei olivarum fervidi libr. xij.

Macerentur per octo dies, facta dein una alterave ebullitione ad humidi conſumtionem coletur oleum, & colaturæ adde

Oli-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134012-p0236-0

Olibani.
Maſtiches ana libr. ß.
Terebinthinæ libr. j.
Stent per aliquot dies in calida digeſtione, & ſervetur oleum.

## OLEA COCTA,

*ſive*

PER INFUSIONEM PARATA

*ſimplicia.*

### OLEUM ABSINTHII COCTUM.

℞. Herbæ Abſinthii recentis libr. j.
Infunde cum
Olei olivarum fervidi libr. iv.
Macerentur ſimul per octiduum in vaſe tecto, ebulliant dein parumper, & Oleum per linteum illico exprimatur, & ſervetur.

*Ita parantur*

Oleum Herbæ Anagallidis.
Anethi.
Hyoscyami.
Florum Chamomillæ.

Oleum

Oleum Florum Liliorum alborum.
Verbasci.

## OLEUM MOMORDICÆ.

℞. Fructuum maturorum Momordicæ balſaminæ libr. j.
Olei olivarum libr. ij.
Stent per octiduum in loco temperate calido, factis dein aliquot ebullitionibus ad abſumtionem humidi coletur, & ſervetur oleum.

## OLEUM SCORPIONUM.

℞. Scorpiones vivos numero centum
Suffocentur in
Olei olivarum libr. ij.
Macerentur in vaſe vitreo clauſo per menſem, & oleum ſervetur.

Olea ita dicta per deliquium, *vide*
liquamina.

## OXYMEL COLCHICI.

℞. Aceti Colchici part. j.
Mellis part. ij.
Coque in juſtam conſiſtentiam Mellis.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134012-p0238-1
DFG

*Pari modo ſiunt*

OXYMEL SCILLITICUM.
SIMPLEX.

## PASTA DE ALTHÆA.

℞. Radicis Althææ raſæ unc. iv.
Aquæ communis Mens. iiß.

Fiant aliquot ebullitiones, ut ſit colatura circiter librarum novem, huic adde
Gummi arabici pulverati.
Sacchari albiſſimi ana libr. ij.

Vaporent leni igne rudicula lignea continuo agitando ad ſpiſſitudinem extracti mollioris; materiam dein ab igne remove, & ſub indeſinente agitatione admiſce
Ovorum albumina in ſpumam recenter conquaſſata Nro. xxx.

Inſpiſſa ulterius igne lento agitando ſemper donec maſſa manibus non adhæreat; adde tum
Aquæ florum Aurant. unc. ij.

Detine adhuc parumper ſuper igne, tandem exime maſſam amylo conſpergendam.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134012-p0239-0 DFG

## PILULÆ ANETHINÆ.

℞. Aloes ſuccotrinæ.
Diagrydii.
Trochiſcorum Alhandal ana unc. ij.
Reſinæ Jalapæ unc. iß.
Extracti Hellebori nigri unc. j.

Pulverata miſceantur, & cum *Spiritus Aniſi* ſufficienti quantitate fiat maſſa pilularum, addendo in fine
Olei Anethi deſtillati dr. iß.

## PILULÆ BALSAMICÆ

### Mortonianæ.

℞. Millepedum præparatorum unc. iß.
Gummi Ammoniaci dr. vj.
Florum Benzoes ſcrup. viij.
Pulveris Croci.
Balſami Peruviani nigri ana dr. j.
Olei Aniſi dr. ß.
Syrupi Diacodii q. ſ.

Miſceantur, & fiat maſſa pilularum.

PILU-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134012-p0240-1 DFG

## PILULÆ BALSAMICÆ STAHLII.

℞. Gummi Hederæ
Juniperi ana unc. iiß.
Extracti aquoſi Aloes
Myrrhæ ana unc. ij.
Rhei.
Hellebori nigri.
Fumariæ ana dr. v.
Trifolii fibrini.
Abſinthii.
Cardui benedicti ana dr. xv.
Terebinthinæ unc. j.
Miſce, fiat maſſa.

## PILULÆ COCHIÆ.

℞. Specierum Hieræ picræ dr. x.
Trochiſcorum Alhandal.
Diagrydii pineis ſubacti ana dr. iij.
Florum Lavandulæ.
Radicis Turpethi ana dr. v.
Pulverata miſceantur cum ſufficienti quantitate *Syrupi Fœniculi*, ut fiat maſſa pilularum.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134012-p0241-7

## PILULÆ DE CYNOGLOSSO

### CATARRHALES.

℞. Radicis Cynogloſſi.
Seminis Hyoſcyami.
Opii depurati ana unc. ß.
Myrrhæ dr. vj.
Thuris dr. v.
Caryophyllorum.
Cinnamomi.
Styracis calamitæ ana dr. ij.

Pulverata miſceantur, & cum *Syrupo Violarum* formetur maſſa pilularum.

## PILULÆ MERCURIALES.

℞. Extracti catholici unc. ß.
Reſinæ Jalapæ cum pini nuce tritæ.
Mercurii dulcis ana dr. ij.
Spiritus vini q. ſ.
ut fiat maſſa.

## PILULÆ RUFI.

℞. Aloes ſuccotrinæ unc. iij.
Myrrhæ electæ unc. iß.
Croci dr. vj.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134012-p0242-2
DFG

Miſceantur, & cum ſufficiente quantitate *Elixirii proprietatis dulcis* formetur maſſa pilularum.

## PILULÆ DE STYRACE.

℞. Styracis calamitæ electæ dr. ij.
Succi Liquiritiæ inſpiſſati dr. iß.
Benzoes.
Olibani.
Myrrhæ.
Opii puri.
Croci ana dr. j.

Pulverata miſceantur, & cum *Syrupi Papaveris albi* ſufficiente quantitate fiat pilularum maſſa.

## PILULÆ DE SUCCINO CRATONIS.

℞. Aloes ſuccotrinæ unc. iiß.
Succini albi.
Maſtiches ana unc. j.
Agarici albi dr. vj.
Ariſtolochiæ rotundæ veræ dr. ij.

Ex pulveratis fiat ope *Syrupi Florum Tunicæ* pilularum maſſa.

## PLUMBUM USTUM.

℞. Plumbi quantum vis.

Liquetur in vaſe terreo non vitreato, ac ſub continua cum ſpathula ferrea agitatione in hac detineatur fuſione, donec totum in pulverem abierit.

## (*) PULPA CASSIÆ.

℞. Fiſtularum Caſſiæ quantum placet.

Eximatur medulla cum ſeminibus & diſſepimentis, quæ omnia ebulliant in ſufficiente quantitate aquæ communis ad perfectam medullæ ſolutionem. Solutio per ſetaceum trajecta inſpiſſetur ad mellis conſiſtentiam, addendo demum *ſacchari* uncias quatuor ſingulis libris, ut leni igne ulterius inſpiſſando fiat pulpa.

## PULPA TAMARINDORUM.

℞. Tamarindorum quantum vis.

Ebulliant in ſufficiente quantitate aquæ communis in vaſe terreo vitreato, tum per ſetaceum trajice, & inſpiſſa ad mellis conſiſtentiam addendo ſingulis libris uncias quatuor *ſacchari*, ut fiat debitæ conſiſtentiæ pulpa.

*Eadem*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134012-p0244-4

*Eadem methodo paratur*

PULPA PRUNORUM.

## PULVIS ANODYNUS.

℞. Pulveris Lapidum Cancrorum unc. j.
Sacchari unc. ß.
Opii puri gr. xxiv.
Miſce diu terendo in pulverem.

## PULVIS ANTISPASMODICUS COMMUNIS.

℞. Concharum non calcinatarum.
Tartari vitriolati.
Nitri depurati ana dr. vj.
Cinnabaris factitiæ dr. iij.
Pulverentur ſingula, & miſceantur.

## PULVIS ANTISPASMODICUS STAHLII.

℞. Nitri depurati unc. vj.
Tartari vitriolati unc. iij.
Cinnabaris factitiæ unc. iß.
Miſceantur in pulverem.

## PULVIS AD CALCULUM.

℞. Herbæ Uvæ Urſi.
Concharum Oſtrearum ana unc. ij.
Miſta contundantur in pulverem.

## PULVIS CEPHALICUS RUBER

*vulgo*

SPECIFICUM CEPHALICUM.

℞. Pulveris Marchionis unc iiß.
Succini albi unc. ß.
Cinnabaris factitiæ unc. vj.
Miſceantur in pulverem ſubtilem.

## PULVIS DENTIFRICIUS ALBUS.

℞. Cornu Cervi uſti unc. iij.
Oſſis Sepiæ unc. ij.
Radicis Ireos florentinæ unc. j.
Cremoris Tartari unc. ß.
Caryophyllorum dr. j.
Nucis Moſchatæ dr. ß.
Miſce in pulverem.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134012-p0246-6
DFG

## PULVIS DENTIFRICIUS RUBER.

℞. Pulveris dentifricii albi unc. iiß.
Laccæ florentinæ. unc. ß.

Miſce irrorando ſub ipſa commiſtione pauco *Spiritu Lavandulæ*, ac leviter denuo exſiccatus in umbra pulvis ſervetur.

## PULVIS DEOPPILANS.

*ſive*

### DIGESTIVUS.

℞. Cremoris Tartari.
Tartari vitriolati ana libr. j.
Miſce, fiat pulvis.

## PULVIS FUMALIS ARTHRITICUS.

℞. Olibani.
Succini ana unc. iij.
Myrrhæ unc. iß.
Baccarum Juniperi viridium unc. j.
Florum Sambuci unc. ß.
Herbæ Sabinæ.
Chamæpityos ana dr. iij.
Camphoræ dr. j.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134012-p0247-1

Fiat ex ruditer contuſis ac conciſis pulvis groſſus uſui ſervandus.

## PULVIS FUMALIS ORDINARIUS.

℞. Olibani unc. viij.
Succini albi.
Ladani ana unc. iv.
Maſtiches.
Reſinæ Sandaracæ ana unc. ij.
Styracis calamitæ.
Benzoes ana unc. iß.
Florum Roſarum rubrarum unc. j.
Lavandulæ.
Cyani.
Calendulæ ana dr. ij.

Ruditer contuſa, & conciſa miſce in pulverem groſſum.

## PULVIS DE GUTTETA

*idem eſt, ac*

Pulvis Marchionis.

## PULVIS HALY.

℞. Gummi arabici.
Tragacanthæ.

Amy-

Amyli.
Radicis Liquiritiæ.
Sacchari ana unc. j.
Pulverata miſce, & ſerva.

## PULVIS INFANTUM ABSORBENS.

℞. Magneſiæ albæ.
Lapidum Cancrorum ana dr. vj.
Radicis Althææ dr. iij.
Seminum Aniſi.
Fæniculi ana dr. iß.
Croci ſcrup. ij.
Sacchari unc. ß.
Miſce, fiat pulvis.

## PULVIS MARCHIONIS.

℞. Radicis Pæoniæ.
Dictamni albi.
Raſuræ Cornu Cervi.
Matris Perlarum ſive Concharum Oſtrearum.
Viſci Quercus ana unc. iij.
Coralliorum rubrorum unc. ij.
Subtiliter pulverata commiſce, & pulverem ſerva.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134012-p0249-5

## (*) PULVIS MARCHIONIS
### CUM CASTOREO,
*vulgo*
### PULVIS RINDSCHEIDLERI.

℞. Pulveris Marchionis unc. j.
Caſtorei gr. xxiv.
Miſceantur.

## PULVIS PURGANS.

℞. Pulveris Radicis Jalapæ unc. iij.
Tartari vitriolati unc. iß.
Olei Aniſi dr. ß.
Miſce fiat pulvis.

## (*) PULVIS STERNUTATORIUS
### VARIEGATUS.

℞. Foliorum Nicotianæ unc. iij.
Roſmarini.
Majoranæ ana unc. ij.
Florum Calendulæ.
Cyani.
Roſarum rubrarum.
Pæoniæ ana unc. j.

Flo-

Florum Lavandulæ.
Calcatrippæ.
Liliorum convallium ana unc. β.
Caryophyllorum dr. ij.
Radicis Ireos florentinæ dr. vj.
Sacchari albiſſimi unc. iij.
Groſſo modo inciſa & contuſa miſceantur pro uſu.

## PULVIS STERNUTATORIUS VIRIDIS.

℞. Herbæ Majoranæ.
Serpylli ana unc. ij.
Baſilici.
Nepetæ ana unc. j.
Menthæ.
Florum Lavandulæ.
Liliorum convallium.
Radicis Ireos florentinæ ana unc. β.
Cubebarum dr. ij.
Caryophyllorum dr. j.
Miſce, fiat omnium pulvis cum *Spiritu Lavandulæ* parumper irrigandus.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134012-p0251-2 DFG

## PULVIS SPECIERUM

### AQUÆ PERLARUM.

℞. Matris perlarum dr. x.
Coralliorum rubrorum unc. ß.
Sacchari albi unc. v.
Miſce in pulverem ſubtilem.

Hujus pulveris unciam dimidiam ſi commiſcueris cum
Aquæ Ceraſorum nigrorum.
Tiliæ florum ana unc. iß.
Cinnamomi ſimplicis dr. j.

Habebis miſturam AQUAM PERLARUM nuncupatam.

## PULVIS SPECIERUM AROMATICARUM.

### PRO MORSULIS IMPERATORIS.

℞. Cinnamomi dr. x.
Zingiberis unc. j.
Cardamomi minoris unc. ß.
Galangæ.
Nucis Moſchatæ.
Caryophyllorum ana dr. ij.
Mixta tundantur in pulverem rudiorem.

## PULVIS SPECIERUM
### PRO CUCUPHA.

℞. Radicis Ireos florentinæ unc. iß.
Herbæ Baſilici.
Thymi.
Majoranæ.
Roſmarini ana unc. j.
Salviæ.
Florum Roſarum rubrarum.
Lavandulæ.
Cheiri ana unc. ß.
Ligni Santali citrini dr. iij.
Styracis calamitæ.
Succini.
Aſæ dulcis ana dr. ij.
Caryophyllorum.
Cinnamomi ana dr. j.
Miſta redige in pulverem groſſum.

## PULVIS SPECIERUM
### HIERÆ PICRÆ.

℞. Cinnamomi.
Cubebarum.
Radicis Aſari.
Spicæ celticæ.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134012-p0253-4

Maſtiches.
Croci ana dr. iij.
Aloes ſuccotrinæ libr. ß.
Pulverata miſce.

## (*) PULVIS SPECIERUM
### CONFECTIONIS HYACINTHINÆ.

℞. Boli armenæ.
Coralliorum rubrorum ana unc. iß.
Radicis Dictamni albi dr. vj.
Ligni Santali citrini.
Rubri ana dr. iij.
Cinnamoni dr. iß.
Myrrhæ dr. j.
Croci dr. ß.
Subtiliter contuſa miſceantur, & ſervetur pulvis.

## PULVIS SPECIERUM DIAIREOS.

℞. Radicis Ireos Florentinæ unc. j.
Specierum Diatragacanthæ.
Sacchari albi ana unc. ß.
Miſce, & ſerva.

PUL-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134012-p0254-0
DFG

## PULVIS SPECIERUM DIATRAGACANTHÆ.

℞. Gummi Tragacanthæ unc. ij.
Arabici unc. j.
Amyli.
Radicis Liquiritiæ ana dr. vj.
Sacchari albi unc. iij.
Subtiliter pulverata miſceantur, & pulvis ſervetur.

## PULVIS STOMACHICUS BIRCKMANNI.

℞. Radicis Ari unc. ij.
Calami aromatici.
Pimpinellæ albæ.
Tartari vitriolati ana unc. j.
Oculorum Cancrorum unc. ß.
Cinnamomi dr. iij.
Miſce omnia pulverata, & pulverem ſerva. Si quis hunc pulverem edulcatum deſideret, addat *Sacchari* pondus omnium æquale.

## PULVIS STRUMALIS.

℞. Spongiæ uſtæ quantum placet
Redigatur in pulverem.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134012-p0255-5

## PULVIS TEMPERANS.

℞. Lapidum cancrorum unc. iij.
Nitri puri unc. j.
Miſce, fiat pulvis.

## PULVIS TROCHISCORUM ALHANDAL.

℞. Pulpæ Colocynthidis a ſemine purgatæ quantum placet.

Cum ſufficiente quantitate Mucilaginis Gummi Tragacanthæ fiat contundendo puls, quæ exſiccata redigatur in pulverem ſubtilem.

## PULVIS AD TUSSIM.

℞. Specierum Diatragacanthæ unc. j.
Radicis Ireos florentinæ unc. ß.
Pæoniæ dr. ij.
Magiſterii Sulphuris.
Croci ana dr. j.
Sacchari unc. iij.
Miſce, fiat pulvis.

## PULVIS CONTRA VERMES.

℞. Seminis Cinæ.
Florum Tanaceti.

Ra-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134012-p0256-1 DFG

Radicis Dictamni albi.
Valerianæ ana dr. vj.
Rhabarbari unc. ß.
Seminis Nigellæ ſativæ dr. ij.
Sacchari albi unc. ij.
Miſce, fiat pulvis.

## (*) PULVIS VITÆ.

℞. Foliorum Sennæ unc. iij.
Cubebarum.
Cardamomi minoris ana dr. x.
Cremoris Tartari.
Baccarum Juniperi ana unc. j.
Radicis Zedoariæ.
Enulæ.
Liquiritiæ.
Rhabarbari.
Zingiberis.
Oculorum Cancrorum.
Macis.
Seminis Aniſi.
Fœniculi ana unc. ß.
Carvi.
Petroſelini.
Cinnamomi.
Caryophyllorum.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134012-p0257-7

Olibani.
Herbæ Scolopendrii.
Veronicæ.
Salviæ.
Cardui benedicti.
Centaurii minoris.
Rutæ ana dr. iij.
Sacchari albi unc. viij.
Redigantur mixta in pulverem ſubtilem.

Solet hic pulvis a vulgo frequentiſſime expeti ſub nomine Wind- und Magenpulver.

## REGULUS ANTIMONII

### MARTIALIS.

℞. Clavorum Ferreorum non rubiginoſorum libr. j.
Candefiant in crucibulo, eisque ſucceſſive injiciantur
Antimonii crudi in pulverem redacti libr. ij.
Optime fuſis addatur
Nitri pulverati libr. ß.

Igne forti bene fluant omnia, tunc ſtatim effundantur in conum fuſorium calefactum & ſebo illitum. Frigefacta dein maſſa e cono tol-

tollatur, ſeparetur Regulus in fundo hærens a ſcoriis, & ſervetur.

Hic Regulus, qui parum aut nihil de marte habet, inſervire poteſt pro parando *Stibio diaphoretico*, vulgo *Antimonii ceruſſa* dicto.

E ſcoriis fieri poteſt *Crocus Martis aperitivus Stahlii* ſequenti modo:

℞. Scoriarum dictarum quantum placet.

In pulverem tuſæ injiciantur vaſi terreo, & adfuſa ſufficiente quantitate aquæ puræ elutrientur ita, ut pars ſubtilior una cum aqua in aliud vas decantetur. Pergitur eodem modo cum nova adfuſa aqua in elutriatione partis reliquæ, donec omnis materies ſubtilis ſic decantata fuerit. Commixtæ aquæ dentur quieti, ut dicta materies fundum petat; ubi aqua clara decantatur, reliqua ope filtri chartacei a ſedimento ſeparatur, pulvis vero in filtro remanens exſiccatur.

℞. Hujus pulveris part. j.
Nitri pulverati part. iij.

Mixta deflagrent in crucibulo candente, & porro tractentur ut *Antimonium diaphoreticum ablutum*. Pulvis ita obtentus ſervatur ſub titulo CROCI MARTIS APERITIVI STAHLII.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134012-p0259-1

## REGULUS ANTIMONII

### SIMPLEX.

℞. Antimonii crudi libr. ij.
Tartari libr. iij.
Nitri libr. j.

Singula ſeorſim in pulverem redacta & exſiccata miſceantur, & injiciantur ſucceſſive in crucibulum ignitum, dumque maſſa bene fluit, effundatur in conum fuſorium, iisdem obſervatis omnibus, ut in fuſione Reguli Antimonii martialis. Regulus a ſcoriis ſeparatus ſervetur ad eundem, ut prior, uſum: verum hæ ſcoriæ pro paranda *Tinctura Antimonii* inſervire poſſunt.

## RESINA JALAPÆ.

℞. Radicis Jalapæ magis reſinoſæ in pulverem rudem tuſæ q. pl.

Adfundatur Spiritus Vini rectificatus ad aliquot digitorum eminentiam. Stent loco calido in digeſtione per unum alterumve diem. Spiritus tinctus effundatur, novusque radici addatur, quod repetatur, donec Spiritus tingi ceſſet. A Tincturis commiſtis & colatis abſtrahatur Spiritus Vini major portio. Reli-

quum

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134012-p0260-2 DFG

quum frigidæ aquæ ſufficienti quantitate debilitetur, ut reſina inde præcipitetur, quæ tollatur, & in ſartagine ad calorem leniſſimum a ſuperflua humiditate orbetur, & ſervetur. Aqua etiam tunc illa ulterius in formam Extracti evaporari poteſt, quod aſſervabitur ſub titulo EXTRACTI JALAPÆ GUMMOSI.

*Ad hanc normam parantur*

RESINA MECHOACANNÆ.
SCAMMONII.

## ROOB EBULI.

℞. Succi Baccarum Ebuli quantum vis.

Coquatur ad conſiſtentiam mellis, in fine adde ſingulis libris

Sacchari unc. iij.

*Ita paratur*.

ROOB DE SPINA CERVINA.

## ROOB JUNIPERI.

℞. Baccarum Juniperi bene maturarum recentium quantum placet.

Conquaſſatæ coquantur in ſufficiente quanitate aquæ communis. In colatura fortiter expreſſa ſolve



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134012-p0261-8
DFG

Sacchari partem quartam.
Et leniter inſpiſſa ad conſiſtentiam Roob.

## ROOB MORORUM.

℞. Succi fructuum Mori nigræ quantum vis.

Coque in vaſe figulino ad Syrupi conſiſtentiam, tum adde ſingulis libris ſucci hoc modo inſpiſſati uncias tres ſacchari, & coque ulterius igne leni, ac continuo maſſam agitando, donec juſtam acquirat conſiſtentiam.

*Eodem modo parantur*

ROOB RIBIUM.
SAMBUCI.

## ROTULÆ BERBERUM.

℞. Sacchari albi pulverati quantum placet.
Incaleſcat ad ignem, dein addatur

Succi Berberum depurati quantum ſufficit, ut ſaccharum lente diffluat, & fiant effundendo lege artis Rotulæ.

Pari modo ex ſaccharo & aliis liquidis, cum vel ſine pulveribus, Tabulæ aut Rotulæ ex tempore parari poſſunt.

ROTU-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134012-p0262-4

## (*) ROTULÆ MENTHÆ PIPERITÆ.

℞. Sachari albiſſimi pulverati unc. j.

Fiant l. a. cum ſufficienti quantitate aquæ menthæ piperitæ, addendo ſub finem ante effuſionem olei menthæ piperitæ gt. xvj, Rotulæ.

## SACCHARUM LACTIS.

℞. Seri lactis coloſtro vitulino paratim magnam copiam.

Evaporando inſpiſſetur ad craſſi magmatis conſiſtentiam, quod aqua ſufficiente denuo ſolvatur, filtretur, evaporetur debite, & relinquatur diutius in vaſis figulinis vitreatis, donec cryſtalli concreſcant. Reſiduus liquor evaporetur ut prius. Omnes cryſtalli collectæ abluantur aqua frigida, & ſerventur. Vel repetita ſolutione & cryſtalliſatione albidiores reddi poſſunt.

## SACCHARUM SATURNI.

℞. Ceruſſæ ſive Calcis Plumbi albæ q. v.

Adfunde acetum deſtillatum fortius ad aliquot digitorum eminentiam; digere igne are-



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134012-p0263-0

næ in vaſe vitreo per tres quatuorve dies, identidem liquorem agitando, quem clarum dein decanta, novumque acetum adfunde, quod digeſtione peracta, ut prius, decanta, huncque laborem eousque repete, donec acetum ſapore dulci infici deſinat. Hi omnes liquores commiſti igne lento evaporent ad Syrupi ferme ſpiſſitudinem, & concreſcent in loco frigido cryſtalli, quas ſerva.

## SAL ABSINTHII ALCALINUS.

℞. Herbæ Abſinthii exſiccatæ q. pl.

In aëre libero comburatur ſucceſſive in cineres, qui aqua pura fervidaque elixentur. Lixivium filtratione a cinerum parte terreſtri liberatum evaporetur, & inſpiſſetur ad ſiccitatem. Maſſa ſalina parumper calcinetur, & ſervetur in vitro bene clauſo, inque loco ſicco.

*Ita parantur ex integra Planta*

(*) SAL FABARUM.
GENISTÆ.
VITIS.

SAL

## SAL ABSINTHII MEDIUS.

℞. Salis Abſinthii alcalini.
Florum Sulphuris partes æquales.

Miſceantur & injiciantur per partes in crucibulum candens & amplum. Calcinetur materies per plures horas fortiſſimo igne, donec Maſſa iterum albeſcat, nec ſulphur amplius redoleat. Crucibulum ſtet ſemper apertum, & caveatur carbonum illapſus. Maſſa hæc dein ſolvatur in aqua, quæ filtrata vaporet ad cuticulam, & cryſtalliſationi exponatur. Cryſtalli albiſſimæ obtentæ ſerventur. Quæ ſi ſatis albæ non ſunt, aut hepar ſulphuris redolent, de novo totum lixivium eſt inſpiſſandum, & maſſa ſalina calcinanda, donec requiſitæ proprietates cryſtallorum obtineantur.

*Ita parantur*

SAL CARDUI BENEDICTI.
CENTAURII MINORIS.

NB. Cum Sal Abſinthii vel alius nunc recenſitorum ſalium ſimpliciter præſcribitur, aut a vulgo expetitur, ſemper dandus eſt ſal medius, nec alcalinus, niſi is, videlicet *alcalinus*, expreſſis præſcribatur terminis.

SAL

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134012-p0265-1

## SAL ACETOSELLÆ ESSENTIALIS.

℞. Herbæ recentis Acetoſellæ q. pl.

Exprimatur inde ſuccus, qui in vaſe vitreo absque ulla depuratione per dies quatuor aut quinque relinquatur ſupra fæces in quiete; depuretur dein mediante filtratione, ad medietatem circiter aut ultra evaporetur, ac in loco frigido in vaſe vitreo reponatur, ubi concreſcent cryſtalli tenues a liquore liberandæ. Reliquus liquor ulterius vaporet, ac ad cryſtalliſandum, ut prius reponatur, qui labor eousque iterandus, donec nullæ amplius cryſtalli concreſcant. Collectus ſal aqua frigida leviter abluatur, in charta leniter exſiccetur, & aſſervetur.

## SALIS ALCALINI FIXI VULGARIS

*ſive*

### Cinerum Clavellatorum

*depuratio.*

℞. Cinerum clavellatorum, ſive ſalis alcalini fixi vulgaris q. pl.

Calcina per horam igne ſat forti; ſolve in triplo aquæ communis; ſolutio filtrata ad duas ter-

tertias evaporet, & per aliquot dies in loco temperato quieti reponatur. Si quædam intra hoc tempus concreverint cryſtalli, eas exime, ac ſeorſim ſerva; ſunt enim communiter hæ cryſtalli aut *Tartari vitriolati*, aut frequentius *ſalis communis* a ſale alcalino hac methodo omnino ſeparandæ. Reſtans lixivium inſpiſſetur ad ſiccitatem; ſal alcalinus inſpiſſatione obtentus parumper adhuc calcinetur, ut ſicciſſimus albidusque evadat, qui in vitris optime clauſis aſſervandus.

## (*) SAL ANGLICUS NASALIS.

℞. Salis ammoniaci part. j.
Cretæ part. ij.

Mixta ſublimentur ex retorta igne forti, & ſublimatus ſal colligatur, ſerveturque in lagenulis epiſtomio vitreo accurate clauſis.

Parari poteſt ex tempore ejusdem fere indolis ſal volatilis, commiſcendo ſalem ammoniacum cum æquali pondere ſalis Tartari aut Calcis vivæ recentis, quæ miſcela irroretur pro lubitu ſpiritu ſalis ammoniaci lavandulato, & ſervetur in lagenula exacte clauſa.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134012-p0267-3 DFG

## SAL CORNU CERVI.

*Vide ſub*

SPIRITU CORNU CERVI.

## SAL MIRABILIS GLAUBERI.

*Vide ſub*

SPIRITU SALIS ACIDO.

## SAL POLYCHRESTUS.

℞. Nitri puri.
Sulphuris partes æquales.

Pulverata & mixta injiciantur ſucceſſive in crucibulum candens. Continuetur idem ignis adhuc per aliquot horas. Tunc maſſa eximatur, ſolvatur in aqua fervida, filtretur, debite evaporetur, & reponatur ad cryſtalliſationem. Cryſtalli ſerventur, ac ita pergatur in reliqui liquoris cryſtalliſatione. Si ſal requiſitam albedinem non habeat, denuo calcinari debet, ut omne ſulphur adhærens deſtruatur.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134012-p0268-8

## SAL SEIGNETTE.

℞. Salis ſodæ depurati in aquæ ſufficienti quantitate ſoluti q. pl.

Solutio hæc in vaſe figulino vitreato ſtet fervida ſuper igne, tuncque in illam injiciatur ſucceſſive tantum Cremoris Tartari, donec punctum ſaturationis ceſſante efferveſcentia ſit obtentum. Liquor filtratus, & debite evaporatus ponatur ad cryſtalliſandum. Cryſtallis exemtis, repetatur operatio cum reliquo lixivio, donec nihil amplius cryſtalliſetur. Cryſtalli ſerventur.

## SALIS SODÆ DEPURATIO.

℞. Sodæ Hiſpanicæ q. v.

Calcina igne valido uſque dum omnis odor ſulphureus evanuerit; ſolve in ſufficiente quantitate aquæ; lixivium filtra, debite evapora, ac in locum frigidum repone; concreſcent cryſtalli, quas exime, & ſerva. Sunt hæ cryſtalli nihil aliud, quam ſal alcalinus mineralis, ſeu ipſa Soda rite depurata. Reliquum lixivium ad ſiccitatem evaporari, inde obtentus ſal, quum ſat purus ſit, aſſervari, eidemque uſui, ac prior cryſtalliſatione obtentus, inſervire poteſt.

SAL

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134012-p0269-7 DFG

## SAL SUCCINI

*Vide Sub*

Oleo Succini.

## SAL TARTARI.

℞. Tartari crudi q. pl.

Tractetur eodem modo, uti carbo Tartari, quem vide ſub Spiritu Tartari.

## (*) SPECIES DECOCTI ALTHÆÆ Fernelii.

℞. Radicis Althææ unc. viij.
Graminis.
Aſparagi.
Liquiritiæ.
Uvarum paſſarum mundatarum.
Herbæ Althææ.
Malvæ ana unc. ij.
Pimpinellæ rubræ.
Plantaginis ana unc. iß.
Cicerum unc. iv.
Seminum Cucumeris.
Cucurbitæ.
Citruli.
Melonum ana unc. iij.

Inciſa, & mixta ſerventur pro uſu.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134012-p0270-8
DFG

## SPECIES DECOCTI ALTHÆÆ VULGARES.

℞. Herbæ Althææ libr. ij.
Radicis Althææ libr. j.
Florum Malvæ libr. ß.
Glycyrrhizæ unc. iv.
Conſciſſa, & miſta ſerventur.

## SPECIES DECOCTI ANTIFEBRILIS.

℞. Radicis Graminis.
Taraxaci ana libr. ij.
Acetoſæ.
Cichorei ana libr. j.
Liquiritiæ.
Summitatum Centaurii minoris.
Herbæ Cardui benedicti ana libr. ß.
Conſciſſa miſta, ſerventur.

## SPECIES DECOCTI APERITIVI.

℞. Herbæ Cichorei unc. ij.
Cuſcutæ.
Fumariæ.
Scolopendrii.
Radicum Polypodii vulgaris.
Liquiritiæ ana unc. j.

Radicum quinque aperientium ana unc. ij.
Foliorum Sennæ ſelectorum.
Paſſularum minorum ana unc. vj.
Agarici albi unc. iß.
Seminum Aniſi.
Fœniculi.
Corticis Tamariſci.
Capparis ana dr. vj.
Inciſa miſceantur, & ſerventur.

Si ad unciam unam harum ſpecierum addantur

Rhabarbari dr. j.
Cinnamomi dr. ß.

Vocabitur DECOCTUM APERITIVUM CUM RHEO.

## SPECIES DECOCTI AVENÆ.

℞. Avenæ unc. iv.
Ligni Santali rubri
Radicis Cichorei ana unc. j.

Miſceantur inciſa in Species, & ſerventur uſui.

Dictarum ſpecierum drachmæ ſex coquantur in aquæ unciis octodecim ad remanentiam libræ unius.

Colaturæ adde

Nitri

Nitri Antimoniati dr. ß.
Sacchari canarini dr. ij.
Et Decoctum exhibeatur.

Si vero ſpecies ſolæ expetuntur, addenda eſt ſingulis drachmis ſex ſpecierum prædicta quantitas *Nitri antimoniati*, & *Sacchari.*

## SPECIES CEPHALICÆ RESOLVENTES PRO FOMENTATIONE.

℞. Herbæ Origani.
Serpylli.
Thymi.
Nepetæ.
Calaminthæ montanæ ana unc. j.
Salviæ.
Majoranæ.
Roſmarini.
Rutæ.
Florum Lavandulæ.
Roſarum ana unc. ß.
Conciſa ſerventur uſui.

## SPECIES EMOLLIENTES.

℞. Herbæ Meliloti.
Malvæ.

Herbæ Althææ.
Florum Chamomillæ vulgaris.
Radicis Althææ.
Seminum Fœnugræci.
Lini ana libr. j.
Conſciſſa, & contuſa miſceantur pro uſu.

## SPECIES DECOCTI PRO GARGARISMATE

### ADSTRINGENTES.

℞. Herbæ Plantaginis.
Prunellæ ana unc. v.
Salviæ unc. iij.
Florum Roſarum rubrarum.
Radicis Tormentillæ ana unc. j.
Inciſa miſceantur, & pro uſu ſerventur.

## SPECIES PRO GARGARISMATE

### EMOLLIENTES.

℞. Herbæ Malvæ.
Althææ.
Verbaſci ana libr. β.
Florum Sambuci unc. iij.
Conſciſſa miſce.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134012-p0274-1

## SPECIES DECOCTI LIGNORUM.

℞. Radicis Bardanæ libr. iß.
Saſſaparillæ.
Chinæ nodoſæ.
Ligni Juniperi.
Saſſafras ana libr. j.
Santali rubri.
Glycyrrhizæ ana libr. ß.
Seminum Aniſi.
Fœniculi ana unc. iij.
Conciſa miſceantur, & pro uſu ſerventur.

## SPECIES DECOCTI PECTORALIS.

℞. Caricarum libr ij.
Radicis Althææ.
Liquiritiæ.
Hordei mundi ana libr. j.
Herbæ Hederæ terreſtris.
Verbaſci ana libr. ß.
Florum Verbaſci.
Rhœados ana unc. iij.
Conſciſſa miſta ſerventur.

## SPECIES PRO POTU ORDINARIO.

℞. Radicis Acetoſæ libr. iij.
Scorzoneræ libr. iß.
Hordei crudi libr. ij.
Seminum Fœniculi.
Corticum Citri ſiccatorum ana unc. iij.
Inciſa miſceantur, & ſerventur.

## SPECIES PRO THEE GERMANICO.

℞. Herbæ Veronicæ.
Hederæ terreſtris.
Farfaræ.
Scabioſæ ana unc. iij.
Meliſſæ.
Salviæ ana unc. iß.
Groſſo modo conciſa miſceantur.

## SPIRITUS ANISI.

℞. Seminis Aniſi contuſi libr. j.
Spiritus Vini libr. viij.
Macerentur uno alterove die, dein in Balneo arenæ deſtilla libr. vj.

*Ita fiunt*

SPIRITUS SEMINUM CARVI.
BACCARUM JUNIPERI VIRIDIUM.

## SPIRITUS AROMATICUS.

℞. Herbæ Menthæ unc. iß.
Seminis Aniſi.
Cinnamomi.
Nucis Moſchatæ ana unc. ß.
Caryophyllorum.
Cardamomi minoris.
Granorum Paradiſi.
Radicis Angelicæ ana dr. ij.
Contuſis adfunde
Spiritus Vini libr. iv.

Macerentur per nychthemerum, dein abſtrahantur in Balneo mariæ libræ tres, quæ in vitro bene clauſo ſerventur.

## SPIRITUS BALSAMICUS

*vulgo*

BALSAMUM SCHAUBRIANUM

*dictus.*

℞. Terebinthinæ unc. iij.
Olei Laurini unc. j.
Galbani unc. ij.
Elemi.
Aloes ſuccotrinæ.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134012-p0277-8
DFG

Benzoes.
Styracis.
Maſtiches.
Myrrhæ.
Olibani ana dr. ij.
Radicis Ireos florentinæ.
Dictamni albi.
Imperatoriæ.
Seminum Aniſi.
Fœniculi.
Succini albi ana unc. ß.
Florum Chamomillæ Romanæ.
Herbæ Abſinthii.
Rosmarini.
Scordii.
Cochleariæ.
Rutæ ana dr. j.
Cardamomi minoris.
Nucis Moſchatæ.
Cinnamomi.
Caſtorei ana dr. ij.
Cubebarum dr. j.
Commiſtis adfunde
Spiritus Vini optimi libr. iv.

Stent per octiduum, dein abſtrahantur Spiritus ex Balneo mariæ libræ tres, quas ſerva.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134012-p0278-4
DFG

## SPIRITUS COCHLEARIÆ.

℞. Herbæ Cochleariæ recentis libr. j.
Spiritus Vini libr. iij.
Abſtrahantur in Balneo mariæ libræ duæ.

## SPIRITUS CORNU CERVI.

℞. Cornu Cervi in fruſta diſſecti q. v.

Inde retortæ & excipulo amplo adaptato, deſtilla calore gradatim aucto, & prodibunt ſucceſſive Spiritus, Sal & Oleum.

Oleum a Spiritu ſeparatum ſervetur ſeorſim.

Sal collectus nova ſublimatione, ut albus evadat, depuretur.

Spiritus vero iterata deſtillatione ex Balneo arenæ rectificetur, & ſervetur.

Cornu peracta deſtillatione in retorta relictum calcinetur in crucibulo ad albedinem uſque, & ſervetur ſub titulo:

CORNU CERVI USTI.

## SPIRITUS DIATRION.

*ſive*

MIXTURA SIMPLEX.

℞. Spiritus theriacalis camphorati unc. v.

Spiritus Tartari rectificati unc. iij.
Vitrioli acidi unc. j.
Miſce & ſerva.

## SPIRITUS FORMICARUM.

℞. Formicarum recentium majorum libr. j.
Spiritus Vini libr. iij.
Deſtillentur e Balneo mariæ ad ſiccitatem.

*Eodem modo paratur*

Spiritus Lumbricorum terrestrium.

## SPIRITUS LAVANDULÆ.

℞. Florum Lavandulæ leviter ſiccatorum libr. ß.
Spiritus Vini libr. iv.
Aquæ Lavandulæ libr. j.
Macerentur per nychthemerum, dein abſtrahantur ex Balneo arenæ libræ tres.

*Eadem methodo parantur*

Spiritus Herbæ Menthæ.
Serpylli.

## SPIRITUS MATRICALIS.

℞. Maſtiches.

Myrrhæ.

Olibani ana unc. iij.

Spiritus Vini rectificati libr. vj.

Macerentur per octo dies, dein abſtrahantur libræ quatuor ex Balneo arenæ.

Maceratione peracta, ſi liquor bene tinctus percolatur, nec deſtillatur, præbet

TINCTURAM MASTICHES COMPOSITAM.

## SPIRITUS NITRI ACIDUS.

℞. Nitri puri.

Vitrioli ad albedinem calcinati partes æquales.

Miſta deſtillentur ex retorta vitrea, donec nulli amplius aſcendant vapores. Spiritum ſerva.

Si vero loco Vitrioli ad unam partem Nitri adhibetur Olei vitrioli optimi dimidia pars, obtinetur ſub eodem adparatu eademque operatione acidum magis concentratum, videlicet:

## SPIRITUS NITRI FUMANS.

Caput mortuum igne aperto bene calcinatum, elixatum, ac debite evaporatum dat ſalem cryſtallinum, ARCANUM DUPLICATUM, vulgo dictum.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134012-p0281-9

## SPIRITUS NITRI DULCIS.

℞. Spiritus Vini bene rectificati libr. iv.
Quibus infunde ſucceſſive
Spiritus Nitri acidi vulgaris libr. j.

Stent per aliquot dies in digeſtione, & deſtillentur in cucurbita, quæ deſtillatio quater ad ſiccitatem uſque repetatur, & liquor deſtillatus tandem ſervetur.

## SPIRITUS ROSMARINI

*ſive*

## Aqua Reginæ Hungariæ.

℞. Florum Rosmarini una cum calycibus decerptorum unc. vi.
Spiritus Vini libr. iij.

Macerentur per horas duodecim, dein abſtrahantur ex Balneo arenæ libr. ij.

## SPIRITUS SALIS ACIDUS.

Paratur eodem modo, ac Spiritus Nitri fumans, ſumendo loco Nitri *ſalem communem* dimidio ſui ponderis aquæ dilutum.

Caput mortuum, ut illud a *Spiritu Nitri acido* tractatum dat

Salem mirabilem Glauberi.

SPI-

## SPIRITUS SALIS DULCIS.

℞. Spiritus Salis acidi fortioris part. j.
Admiſce
Spiritus Vini rectificati part. x.

Poſt peractam digeſtionem per aliquot dies, deſtillentur ex cucurbita aliquoties, eodem modo, ac fieri jubetur in deſtillatione Spiritus Nitri dulcis, & Spiritus abſtractus ſervetur.

## SPIRITUS SALIS AMMONIACI

### ANISATUS.

℞. Salis ammoniaci in pulverem groſſum triti libr. j.
Cinerum clavellatorum libr. ij.
Seminis Aniſi tuſi libr. ß.
Spiritus Vini.
Aquæ communis ana libr. iv.

Miſta deſtillentur ex cucurbita vitrea ad abſtractionem librarum quinque, & ſerventur in vitro bene clauſo.

## SPIRITUS SALIS AMMONIACI

### AQUOSUS.

℞. Salis ammoniaci ruditer triti.

Cine-

Cinerum clavellatorum ana libr. ij.
Calcis vivæ libr. iß.
Aquæ communis libr. xvj.

Miſta deſtillentur ex cucurbita aut retorta vitrea ad abſtractionem medietatis humidi, liquor prolectus ſervetur in vaſe vitreo exacte clauſo.

## SPIRITUS SALIS AMMONIACI

### LAVANDULATUS

*vulgo*

### AQUA ANODYNA

*dictus.*

℞. Salis ammoniaci libr. ij.
Tartari libr. j.
Florum Lavandulæ libr. ß.
Lixivii ex calcis vivæ & cinerum clavellatorum ana libra una facti libr. iv.
Spiritus Vini ſimplicis libr. x.

Miſceantur, & inſtituatur ex Balneo arenæ deſtillatio, quouſque ſpiritus tranſit volatilis, qui in vaſe vitreo exacte clauſo ſervetur.

SPI-

## SPIRITUS SALIS AMMONIACI VINOSUS.

℞. Salis ammoniaci ruditer tuſi libr. j.
Tartari libr. ij.
Spiritus Vini libr. vj.
Aquæ communis libr. iij.

Miſta deſtillentur e Balneo arenæ ad abſtractionem medietatis. Spiritus prolectus ſervetur in vitris optime clauſis.

Reſiduum diluatur ſufficienti quantitate aquæ, filtretur, & evaporetur ad cuticulæ apparitionem, reponendum dein ad cryſtalliſationem. Cryſtalli enatæ ſubito aqua frigida abluantur, & exſiccatæ ſerventur ſub titulo

SALIS DIGESTIVI
*ſeu*
FEBRIFUGI SYLVII.

## SPIRITUS SULPHURIS.

*vide*
SPIRITUM VITRIOLI.

## SPIRITUS TARTARI.

℞. Tartari crudi quantum placet.

Inde retortæ aut terreæ aut vitreæ loricatæ, cujus una tertia pars vacua maneat, adplicato recipiente capaci juncturis necdum clauſis inſtituatur deſtillatio calore initio leni, donec pleraque aëris elaſtici quantitas exiverit, tunc juncturas claude, ignemque gradatim auge ita, ut ſpiritus omnis una cum oleo prodire valeat. Spiritus ab oleo ſeparatus ex Balneo arenæ rectificetur; oleum vero ſeorſim adſervetur. Carbo Tartari ſive Caput mortuum in crucibulo bene calcinatum, elixatum, ac inſpiſſatum dat

SALEM TARTARI.

## SPIRITUS TEREBINTHINÆ.

*vide*

OLEUM TEREBINTHINÆ,

*cum quo idem.*

## SPIRITUS THERIACALIS

### CAMPHORATUS.

℞. Theriacæ unc. x.
Myrrhæ unc. v.

Cro-

Croci unc. j.
Spiritus Vini rectificati libr. iv.
Stent in vaſe clauſo per aliquot dies, dein deſtillentur.
In hoc ſpiritu deſtillato ſolve
Camphoræ dr. vj.
Et ſerva.

## SPIRITUS VINI CAMPHORATUS.

℞. Camphoræ unc. j.
Solve in
Spiritus Vini libr. j.
Serva.

## SPIRITUS VITRIOLI.

℞. Vitrioli ad albedinem calcinati q. v.

Immitte retortæ vitreæ loricatæ, quam furno reverberatorio impone, adplica excipulum amplum, juncturas ope luti argillacei claude, ac ignem ſubminiſtra initio lentum, quamdiu videlicet albi prodeunt vapores, hi ubi diſparuerint, vas recipiens muta cum alio prius probe calefacto; ignem demum gradatim auge ad ſummum uſque gradum, eoque continua, donec nulla amplius gutta liquidi

adpareat, qui labor triginta horarum ſpatio communiter expeditur.

Primum in excipulum, qui prodiit liquor, SPIRITUS SULPHURIS, *ſeu* VITRIOLI VOLATILIS audit; ſubſequens vero longe acrior ponderoſiorque latex ſub titulo OLEI VITRIOLI aſſervatur.

Hujus ſi partem unam cum octo aut decem partibus aquæ commiſcueris, habebis

SPIRITUM VITRIOLI

*vulgarem.*

Qui etiam loco Spiritus Sulphuris exhiberi poteſt.

## SPONGIÆ MARINÆ USTIO.

℞. Spongiæ marinæ quantum vis.

Impleatur ea crucibulum, ſive olla non vitreata. Hoc vas operculo tectum ponatur inter carbones candentes, ibique detineatur, donec nullus amplius ad marginem operculi exire videatur fumus. Carbo tunc niger eximatur, & in pulverem ſubtilem redactus ſervetur.

## SULPHUR ANTIMONII AURATUM.

℞. Hepatis Antimonii recenter parati q. ſ.

Ebulliat cum aquæ ſufficiente quantitate. Decoctum calidum per chartam emporeticam filtratum ſtet in quiete per unum alterumve diem, ut ſulphur omne, quod majore regulina parte oneratum excidere poteſt, ſponte excidat. Tunc ab hoc pulvere badio, qui tanquam *ſulphur Antimonii primæ præcipitationis* conſiderandus eſt, liquor filtrationis ope ſeparetur, eique adfundatur Aceti quædam portio, & pulvis præcipitabitur fulvus, *ſulphur* nempe *Antimonii præcipitationis ſecundæ*. Tandem ex liquore ut prius filtrato reliquum *ſulphur* mediante Aceti iterata adfuſione excutiatur, quod jam coloris lutei *tertiæ præcipitationis* dicendum, ac ſeparatim, ut ſulphur primæ & ſecundæ præcipitationis, aſſervandum.

## SULPHUR ANTIMONII

### TARTARISATUM.

*vide*

KERMES MINERALE,

*quocum idem eſt.*

## SUPPOSITORIA COMPOSITA.

℞. Farinæ Secalis unc. iv.
Saponis unc. iij.
Aloes unc. j.
Salis communis dr. vj.
Seminum Colocynthidis unc. ij.
Carvi.
Cumini.
Fœniculi ana dr. j.
Mellis q. ſ.

Miſce, fiat Maſſa, ex qua formentur ſuppoſitoria, aut

Globuli Carminativi vulgo dicti.

Simplicia Suppositoria eo, quo expetuntur, tempore parari poſſunt ex *Melle* inſpiſſato, *Sebo*, aut *Sapone* &c.

## SYRUPUS FLORUM ACACIÆ.

℞. Florum Acaciæ noſtratis recentium libr. iij.
Infunde cum aquæ communis bullientis libris ſex.

Stent per duodecim horas in vaſe clauſo; dein exprime infuſum, & cum Sacchari albi libris ſex coque in Syrupum debite clarificandum.

*Hoc*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134012-p0290-2

*Hoc modo paratur*

## SYRUPUS FLORUM CHAMOMILLÆ VULGARIS.

## SYRUPUS ACETI.

℞. Aceti generoſi partem unam.
Sacchari albi partes duas.
Facta unica ebullitione remove ab igne, & ſerva Syrupum.

## SYRUPUS ACETOSITATIS CITRI.

℞. Succi Citri libr. j.
Sacchari albi libr. ij.
Facta unica ebullitione ſervetur Syrupus.

*Pari modo parantur*

SYRUPUS SUCCI BERBERUM.
MORORUM.
MYRTILLORUM.
RIBIUM.
RUBI IDÆI.

## SYRUPUS ALTHÆÆ.

℞. Specierum decocti Althææ vulgarium unc. viij.

Ebulliant parumper in aquæ communis libris octo. Colatura cum Sacchari albi libris ſex coquatur in Syrupum debitæ conſiſtentiæ.

## SYRUPUS ARNICÆ

### FLORUM.

℞. Florum Arnicæ unc. ij.

Infundantur in aquæ fervidæ libris duabus ſtent per duodecim horas in vaſe tecto, coletur dein Infuſum, & cum

Sacchari albi libris duabus

Coquatur ad Syrupi conſiſtentiam.

## (*) SYRUPUS AURANTIÆ MALI

### FOLIORUM.

℞. Foliorum Aurantiæ Mali unc. iij.

Infundantur per nychthemerum in aquæ ferventis libris iv., factis dein aliquot ebullitionibus coletur Decoctum, & cum dupla portione ſacchari albi fiat Syrupus.

## SYRUPUS AURANTII MALI

### CORTICUM.

℞. Flavedinis Corticum Aurantiorum recentium unc. vj.

Ma-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134012-p0292-4

Macerentur in Vini albi libris duabus per duo nychthemera, infuſum colatum cum dupla portione Sacchari albi facta unica ebullitione, coquatur in Syrupum.

*Ita paratur*

SYRUPUS MALI CITREI CORTICUM.

## SYRUPUS CAPILLORUM VENERIS.

℞. Herbæ Capillorum Veneris unc. iij.

Infunde cum aquæ fervidæ libris tribus.

Stent infuſa per horas duodecim, & cum Sacchari albi libris quatuor fiat Syrupus, cujus ſingulis libris, ſi placet, odoris gratia admiſceri poteſt

Aquæ florum Aurantiorum unc. ß.

## SYRUPUS CHINÆ CORTICIS.

℞. Corticis pulverati Chinæ unc. ij.

Vini generoſi auſtriaci libr. ij.

Stent ſimul vaſe clauſo in loco moderate calido per quadraginta octo horas. Colatum dein infuſum cum

Sacchari albi libr. ij.

Coquatur in Syrupi conſiſtentiam.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134012-p0293-0

## SYRUPUS CICHOREI cum RHEO.

℞. Radicis Cichorei unc. iij.
Herbæ ejusdem unc. j.
Rhabarbari unc. iv.
Salis Tartari dr. ß.

Coquantur in libris octo aquæ communis ad remanentiam librarum ſex, decoctum cola fortiter exprimendo, cui adde Sacchari libras ſex, & ebulliendo clarificandoque debite fiat juſtæ conſiſtentiæ Syrupus.

## SYRUPUS CINNAMOMI.

℞. Cinnamomi ruditer tuſi unc. v.
Aquæ Cinnamomi Vinoſæ libr. ij.

Macerentur in vitro probe clauſo per viginti quatuor horas. Infuſo colato adde Sacchari albi duplum, & fiat unica ebullitione in vaſe clauſo Syrupus.

## SYRUPUS COCHLEARIÆ.

℞. Succi Herbæ Cochleariæ per ſubſidentiam depurati libr. ij.
Sacchari albi libr. iv.

Facta ebullitione unica ſervetur Syrupus.

Ea-

*Eadem methodo paratur*

SYRUPUS FUMARIÆ.

## SYRUPUS CONTRAJERVÆ.

℞. Radicis Contrajervæ dr. vi.
Serpentariæ virginianæ unc. ß.

Infundantur in Aquæ fervidæ unciis viginti quatuor. Stent vaſe clauſo per duodecim horas: coletur dein infuſum, & cum dupla Sacchari albi portione fiat lege artis Syrupus.

## SYRUPUS EMETICUS.

℞. Vitri Antimonii ſubtiliter pulverati unc. j.
Infundatur per horas viginti quatuor in Aceti Vini unciis viginti.

Adde dein
Cinnamomi.
Radicis Zedoariæ.
Seminis Angelicæ ana dr. ij.
Croci dr. ß.

Stent adhuc per aliquot horas, tandem filtra liquorem per duplicem chartam emporeticam, & cum Sacchari albi unciis viginti coquatur in Syrupum.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134012-p0295-2

## SYRUPUS FOENICULI.

℞. Seminum Fœniculi ruditer tuſorum unc. iij.

Infunde cum Aquæ fervidæ ſeſquialtera libra. Macera vaſe clauſo per horas duodecim, dein cola, & cum duplo Sacchari albi fiat Syrupus.

## SYRUPUS HYSSOPI.

℞. Herbæ Hyſſopi leviter ſiccatæ unc. ij.

Infunde cum Aquæ fervidæ libris duabus. Stent vaſe clauſo per aliquot horas.

Cola demum, & colaturæ adde Sacchari albi duplam quantitatem, factaque unica dumtaxat ebullitione ſerva Syrupum debito more clarificatum.

*Tali modo paratur*

SYRUPUS HERBÆ MENTHÆ.

## SYRUPUS KERMESINUS.

℞. Pulveris Coccinellæ unc. ß.

Salis Tartari gr. xij.

Commiſtis adfunde

Aquæ Roſarum unc. vj.

Corticum Citri.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134012-p0296-8

Aquæ Cinnamomi ſimplicis ana unc. iv.

Stent in frigida infuſione per horas ſex, adjice dein

Pulveris Aluminis crudi gr. iv.

Relinque adhuc per quadrantem horæ, infuſum ſubinde agitando; tandem cola, & cum Sacchari albi libris duabus fiat unica ebullitione Syrupus.

## SYRUPUS MANNATUS.

℞. Foliorum Sennæ unc. viij.

Seminum *Aniſi* ſtellati unc. ß.

Salis Tartari dr. j.

Infundantur in Aquæ fervidæ libris decem.

Stent per horas quinque, aut ſex; facta dein una alterave ebullitione coletur decoctum, ac cum albumine ovi ebulliendo clarificetur, in quo tandem diſſolvendo

Sacchari albi libras octo.

Mannæ libras duas.

Fiat Syrupus.

## SYRUPUS PAPAVERIS ALBI,

*ſive*

## E MECONIO.

℞. Capitum Papaveris libr. ß.

Co-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134012-p0297-4

Coque in aquæ communis libris octo ad remanentiam librarum quatuor, cola cum forti expreſſione, & adde Sacchari albi libras quatuor. Coque in Syrupum, quem clarificatum ſerva.

## SYRUPUS FLORUM PAPAVERIS RHOEADOS.

℞. Florum Papaveris rhœados libr. β.

Infunde cum Aquæ communis fervidæ ſesquialtera libra. Relinque per viginti quatuor horas; dein colatura cum Sacchari albi libra una & dimidia coquatur in Syrupum.

*Hoc modo parantur*

Syrupus Florum Pæoniæ.
Tunicæ.

## SYRUPUS QUINQUE RADICUM.

℞. Radicum quinque aperientium ana unc. iij.

Funde deſuper Aquæ communis ferventis libras ſeptem. Macera per horas duodecim, ubi infuſo collato adde Sacchari albi libras ſex, & fiat coquendo ac debite clarificando Syrupus.

SY-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134012-p0298-0

## SYRUPUS ROSATUS SOLUTIVUS

### CUM SENNA.

℞. Infuſi Roſarum libr. ij.
Calefactum funde ſupra
Foliorum Sennæ unc. j.

Stent per aliquot horas, dein cola infuſum, & cum duplo Sacchari albi fiat Syrupus rite clarificandus.

## SYRUPUS DE SILIQUIS

*ſive*

### DIACODIUM LIQUIDUM.

℞. Capitum Papaveris ſomniferi unc. iv.
Siliquarum dulcium unc. iij.
Radicis Liquiritiæ raſæ unc. ij.

Inciſa coquantur in aquæ communis libris octo ad remanentiam librarum trium. Colaturæ adde Sacchari albi ſesquialteram libram, & coquendo clarificandoque fiat Syrupus juſtæ conſiſtentiæ.

NB. Addendo ſingulis unciis
Croci pulverati gr. v.
habebis

DIACODIUM CROCATUM.

SY-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134012-p0299-7

## SYRUPUS DE SPINA CERVINA.

℞. Succi Baccarum Spinæ Cervinæ libr. ij.
Infunde fervide ſuper
Seminis Fœniculi leviter tuſi unc. ß.

Relinque per unam alteramve horam; dein cola, & cum dupla Sacchari albi portione fiat unica ebullitione Syrupus.

## SYRUPUS VIOLARUM.

℞. Florum Violarum recentium a calyculis bene mundatorum libr. j.

Infunde in vaſe ſtanneo cum Aquæ bullientis libris duabus.

Macera per horas duodecim. In colatura fortiter expreſſa ſolve Sacchari albi duplum, & facta unica in Balneo mariæ ebullitione ſerva Syrupum.

## TABULÆ DE ALTHAEA.

℞. Radicis Althææ albiſſimæ pulveratæ unc. iß.
Sacchari albi libr. j.

Fiat lege artis cum ſufficienti quantitate mucilaginis Tragacanthæ maſſa, quæ bene ſubacta & depſita extendatur in tenuem placentam, in tabulas ſcindendam.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134012-p0300-4

## TARTARUS EMETICUS.

℞. Croci Metallorum.
Cremoris Tartari ana unc. iv.

Ebulliant in aquæ puræ libris quatuor in vaſe vitreato; dein filtretur liquor, & debite evaporatus reponatur ad cryſtalliſandum. Tartarus concreſcens eximatur ac exſiccetur. Atque ita pergatur in cryſtalliſatione liquoris reliqui. Cryſtalli omnes ita collectæ ſimul in mortario vitreo in pulverem terantur, & ſerventur.

## TARTARUS TARTARISATUS.

*ſive*

SOLUBILIS.

℞. Salis Tartari quantum vis.

Solve ſuper igne in octuplo aquæ communis, ac injice ſolutioni, dum fervet, ſucceſſive *Cremoris Tartari* quantum ſufficit, donec ſal perfecte ſaturatus efferveſcere ceſſet. Liquor tandem filtratus ad ſiccitatem inſpiſſatur, vel, ſi quis ſalem hunc cryſtalliſatum deſideret, ad cuticulæ adparationem dumtaxat eva-

poret,

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134012-p0301-0

poret, ut ſal in locum frigidum repoſitus concreſcat in cryſtallos aſſervandas.

## TARTARUS VITRIOLATUS.

℞. Salis Tartari in aqua ſoluti q. pl.

Inſtilla ſucceſſive Olei Vitrioli debilis vel aqua diluti quantum ſufficit ad perfectam ſaturationem. Liquor filtretur, evaporetur ad cuticulam, & quieti detur. Cryſtalli enatæ & exſiccatæ tollantur, & ſerventur. Sic pergitur, donec cryſtalli concreſcere ceſſent.

## TEREBINTHINA COCTA.

*vide ſub*

Oleo Terebinthinæ.

## TERRA FOLIATA TARTARI

### DELIQUESCENS.

℞. Olei Tartari per deliquium q. v.

Calefac in vaſe terreo vitreato igne leni, & adfunde ſenſim acetum deſtillatum, donec ceſſet effervescentia. Tunc ſuperadde de aceto adhuc tantiſper. Evaporent eodem igne ſine ebullitione, donec liquor pelliculam in ſuper-

ſuperficie contraxerit. Ulterior evaporatio abſolvantur in Balneo maris ad ſiccitatem uſque, movendo ſæpius materiem ſpathula eburnea, aut lignea. Maſſa ſalina hoc modo obtenta, niſi in vitro probe clauſo aſſervetur, cito in liquorem diffluit, qui tunc

## LIQUOR TERRÆ FOLIATÆ TARTARI

vocatur.

Si vero ad eundem hunc proceſſum loco Olei Tartari per deliquium *Sal ſodæ* rite depuratus, & in ſufficiente quantitate aquæ communis ſolutus ſumitur, aceto deſtillato ſaturatur, de cætero, ut ſupra monitum, operatio inſtituitur: obtinetur ſal in aëre libero non deliqueſcens, qui, dum TERRA FOLIATA TARTARI SICCA, nec liquor, præſcribitur, uſurpandus eſt.

## TINCTURA ALOES.

℞. Aloes ſuccotrinæ unc. ij.

Solve ope digeſtionis in ſpiritus vini libra una, dein filtra, & ſerva.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134012-p0303-1
DFG

## TINCTURA AMARICANS.

℞. Extracti amaricantis unc. ij.
Solve in Aquæ cort. Citri unc. vj.
Adde
Spiritus Nitri dulc. unc. vj.
Peracta digeſtione filtretur, & ſervetur Tinctura.

## TINCTURA ANODYNA.

℞. Extracti opii unc. ij.
Solve digerendo in
Spiritus Vini libr. j.
Dein filtretur, & ſervetur.

## TINCTURA ANTIMONII ANISATA.

℞. Antimonii crudi libr. β.
Salis Tartari libr. j.
Pulverata, & mixta fluant in crucibulo valido igne per horam, deinde materies adhuc calida inque pulverem trita indatur phialæ, cui adfundantur
Olei Aniſi uncia una.
Spiritus Vini libræ tres.
Stent per aliquot dies in digeſtione, donec ſpiritus ſufficienter tinctus ſit, qui dein filtretur, & uſui ſervetur.

Ea-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134012-p0304-7 DFG

Eadem hæc Tinctura ſine oleo Aniſi parata vocatur

## TINCTURA ANTIMONII SIMPLEX

*ſive*

Tartarisata.

## TINCTURA BALSAMICA.

℞. Balſami Copaivæ unc. iß.
Peruviani.
De Mecha ana dr. vj.
De Tolu dr. iij.
Salis Tartari dr. ij.
Spiritus Vini rectificati libr. ij.

Obturato vaſe digerantur leni calore per dies aliquot itentidem agitando liquorem, donec bene ſaturatus ſit, qui filtratus dein ſervetur.

## TINCTURA *ſive* BALSAMUM Commendatoris.

℞. Florum Hyperici unc. ij.

Infundantur per viginti quatuor horas in Spiritus Vini rectificati libris tribus. Extrahatur Tinctura rubra, quæ coletur cum expreſſione, ac rurſus infundatur ſuper

Granorum Styracis unc. ij.
Balſami de Peru optimi unc. j.
Olibani.
Aloes ſuccotrinæ.
Myrrhæ electæ.
Radicis Angelicæ ana unc. ß.

Et macerentur per ſex dies in phiala exacte obturata, dein ſeparetur per inclinationem liquor a fæcibus ſerveturque uſui.

## TINCTURA BENZOES.

℞. Benzoes unc. iij.
Styracis calamitæ unc. j.
Spiritus Vini rectificati libr. ij.

Digerantur vitro clauſo per dies aliquot ad perfectam ſpiritus vini ſaturationem, qui dein filtratus ſervetur.

## TINCTURA LACCÆ.

℞. Laccæ in granis ſubtiliter pulveratæ dr. vj.
Aluminis crudi dr. ij.
Mixtis adfundatur
Aquæ Salviæ.
Cochleariæ ana libr. iß.

Stent in digeſtione, donec liquor perfecte rubeat, qui demum filtretur, & ſervetur.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134012-p0306-8

Si quis hanc Tincturam aromaticam deſideret, addat in ipſa infuſione

Caryophyllorum ſcrup. ij.

De reliquo procedatur, ut ſupra.

## TINCTURA MASTICHES
### COMPOSITA.

*vide ſub*

SPIRITU MATRICALI.

## TINCTURA MARTIS
### CUM SUCCO POMORUM.

℞. Limaturæ Martis part. j.

Succi Pomorum acidulorum part. iij.

Stent per aliquot dies in digeſtione, miſcelam ſæpius agitando. Liquor tinctus per ſubtile linteum coletur, & novus limaturæ reſtanti adfundatur ſuccus, digeſtioni ut prius exponendus; hac operatione eousque pergatur, donec nil amplius de Marte ſolvatur. Tandem omnes commiſceantur liquores marte imprægnati, evaporent ad medietatem & ultra, ut Tinctura concentratior evadat. Tum

℞. Hujus Tincturæ partes ſex.

Spiritus Vini partem unam.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134012-p0307-4

Commiſta digerantur parumper, tandem filtretur & ſervetur Tinctura.

## TINCTURA MARTIS.

### Tartarisata.

℞. Vitrioli Martis.
Cremoris Tartari ana unc. iv.
Aquæ communis libr. vj.

Coquantur in vaſe ferreo ſub agitatione continua ad magmatis ſpiſſioris conſiſtentiam.

Id tandem Aquæ Cinnamomi ſimplicis unciis ſex dilutum immittatur in cucurbitam vitream, & ſuffundantur Spiritus Vini rectificati unciæ octo. Digeſtione dein per aliquot dies peracta filtretur, & ſervetur Tinctura.

## TINCTURA RHABARBARI

### AQUOSA EX TEMPORE PARANDA.

℞. Rhabarbari ſelecti unc. ß.
Salis Tartari dr. j.

Contuſa Radix cum ſale miſceatur, tum adfundatur

Aquæ deſtillatæ ſimplicis libr. ß.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134012-p0308-0

Ebulliat liquor per aliquot momenta, dein relinquatur in quiete, donec frigeſcat, qui tandem filtratus exhibeatur.

## TINCTURA SALIS TARTARI.

℞. Salis Tartari libr. j.
Calcis vivæ unc. iij.

Calcinentur mixta in crucibulo per mediam horam. Maſſa injiciatur in ſufficientem quantitatem aquæ, ut ſal elixetur. Lixivium in vaſe ferreo inſpiſſetur ad ſiccitatem. Sal hic illico indatur phialæ calefactæ, cui adfundatur ſucceſſive Spiritus Vini rectificatus ad trium digitorum eminentiam, digerantur in arena, identidem agitando. Spiritus rubicundo colore tinctus decantetur, filtretur, & ſervetur. Ita pergitur adfundendo novum ſpiritum reſiduæ maſſæ ſalinæ, quouſque ſpiritus ab ea tingitur.

## TINCTURA TARTARI AURANTIATA.

℞. Corticum aurantiorum unc. iij.
Inciſis adfunde
Tincturæ Salis Tartari unc. xvj.

Stent in digeſtione per duo nychthemera, dein filtretur Tinctura, & ſervetur.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134012-p0309-8

## TROCHISCI ABSORBENTES.

℞. Lapid. Cancrorum pulveratorum part. ij.
Sacchari albi partem unam.

Miſc. & cum ſufficienti quantitate Mucil. Tragac. fiant Trochiſci.

## TROCHISCI BECHICI ALBI.

℞. Pulveris Radicis Ireos florentinæ unc. j.
Amyli unc. iij.
Sacchari albi unc. xx.

Miſceantur & cum mucilagine Tragacanthæ fiat maſſa in Trochiſcos efformanda.

## TROCHISCI BECHICI CITRINI.

Efformandi ex maſſa BACILLORUM LIQUIRITIÆ.

## TROCHISCI BECHICI NIGRI.

℞. Pulveris Seminis Aniſi.
Fœniculi ana libr. ß.
Radicis Liquiritiæ.
Ireos florentinæ ana unc. iij.
Succi Liquiritiæ inſpiſſati libr. iij.
Sacchari albi libr. xij.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134012-p0310-9 DFG

Succus Liquiritiæ ſolvatur in ſufficiente quantitate aquæ, percoletur, & reducatur denuo ad conſiſtentiam Extracti liquidi. Tum admiſce ſaccharum pulveratum reliquosque pulveres, ut fiat maſſa, ex qua Trochiſci parandi.

## (*) TROCHISCI de CASTOREO.

℞. Caſtorei recenter pulverati dr. j.
Pulveris Sacchari albi unc. iv.
Miſce, cum Tragacanthæ mucilagine fiat maſſa, ex qua formentur Trochiſci nro LX.

## (*) TROCHISCI MOSCHATI.

℞. Moſchi optimi gr. xvj.
Sacchari albi pulverati unc. ij.
Miſce, & cum ſ. q. Mucilag. Tragacanthæ fiant l. a. Trochiſci nro XXXIJ.

## TROCHISCI CONTRA VERMES.

℞. Pulveris contra Vermes q. v.
Cum ſufficienti quantitate mucilaginis Gummi Tragacanthæ in maſſam ſubige, ex qua formentur Trochiſci.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134012-p0311-5

## TURPETHUM MINERALE.

℞. Mercurii vivi puriſſimi unc. ij.

Indantur retortæ aut cucurbitæ vitreæ, & adſundantur

Olei vitrioli unc. viij.

Deſtillentur in arena uſque ad ſiccitatem, in fine ignem augendo ſat fortiter. Frigefacta fractaque retorta eximatur maſſa ſalina alba, atque in mortario lapideo vel vitreo in pulverem tenuiſſimum redigatur, cui adſundatur aqua pura calida, & pulvis antea albus flavebit illico. Pulvis hic aqua pura aliquoties abluatur, tandem exſiccetur, ac ſervetur.

## VINUM CYDONIORUM.

℞. Succi Cydoniorum depurati libr. j.

Sacchari albi unc. ij.

Immitte in phialam vitream charta leviter obturatam, relinque per aliquot dies. Fermentatione dein peracta ſervetur in vaſe vitreo pleno, ſuperfuſo oleo.

*Ita quoque fit*

(*) Vinum Granatorum.

## VITRIOLUM MARTIS.

℞. Limaturæ Martis non rubiginoſæ q. pl.

Solvatur in ſufficiente quantitate olei vitrioli multa aqua diluti, ita tamen, ut aliquid de Limatura ſuperflua reſtet non ſolutum. Stet per unum alterumve diem, movendo aliquoties vas. Tunc filtrata ſolutio vaporet ad cuticulam, reponatur in loco frigido, & naſcentur cryſtalli virides, quæ ſervandæ. Solutio reliqua eodem modo tractetur, donec nullæ amplius cryſtalli obtineantur.

(*) Si ex hoc *Vitriolo* in aqua ſoluto, vel ex ipſa priore *Martis ſolutione* per additum *alcalinum fixum ſalem* excutitur *terra martialis*, hæc denuo exſiccata, ac cum *Oleo Lini* in ſpiſſam pultem redacta, leni calcinatur igne, obtinetur pulvis ater, cui nomen ÆTHIOPS MARTIALIS impoſitum fuit.

Eſt vero hic pulvis nihil aliud quam Crocus martis phlogiſto pro parte dumtaxat dotatus: parce igitur, nec ea velocitate, qua ferri recenter limati pulvis, a magnete attrahitur, ut vel ideo ferri limaturæ non rubiginoſæ pulvis ſubtilliſſimus *Æthiopi* huic longe ſit præferendus.

Alia

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134012-p0313-7 DFG

Alia quoque extat methodus Æthiopem Martialem parandi, juxta quam Limatura Martis ſola diuturniore maceratione cum aqua communi, & frequentius repetita agitatione convertitur in pulverem nigrum ſubtiliſſimum.

## VITRIOLUM VENERIS.

℞. Cupri limati part. j.

Cui adfunde in cucurbita vitrea abſciſſa

Olei Vitrioli optimi part. iv.

In Balneo arenæ evaporet ad ſiccitatem usque. Refrigeratæ maſſæ adfundatur aquæ tepidæ ſufficiens quantitas, ut maſſa ſalina ſolvatur. Solutio filtretur, vaporet debite, & reponatur ad cryſtalliſandum. Cryſtalli cæruleæ ſerventur. Reliquus liquor ulterius evaporet, &, quouſque cryſtalli concreſcunt, ad cryſtalliſationem ut prius reponatur.

## VITRUM ANTIMONII.

℞. Pulveris Antimonii crudi q. v.

In vaſe terreo non vitreato ſub continua agitatione calcinetur igne leniſſimo, ne in grumos confluat, (quod ſi contigerit, maſſa de novo pulveranda eſt) donec in calcem griſeam abeat, nec amplius fumet. Hanc calcem immitte

te crucibulo tegula plana operiendo, & igne validiore urge, ut in maſſam æquabilem fluat, quam tunc in marmor politum, & calefactum effunde, ubi in vitrum concreſcet diaphanum, hyacinthini coloris, quod ſervandum.

## UNGUENTUM ÆGYPTIACUM.

℞. Viridis Æris libr. ß.
Mellis unc. xvj.
Aceti fortis unc. viij.
Coquantur ſub continua agitatione in conſiſtentiam Unguenti.

## UNGUENTUM ALBUM SIMPLEX.

℞. Ceruſſæ albæ libr. iij.
Axungiæ Porci libr. vj.
Coque ſub agitatione continua & modica ſubinde aceti inſtillatione in Unguenti conſiſtentiam.
Cujus ſingulis libris ſi admiſcueris
Camphoræ unc. ß.
habebis

## UNGUENTUM ALBUM

### CAMPHORATUM.

## UNGENTUM ALTHÆÆ.

℞. Mucilaginis Radicis Althææ libr. ij.
Seminum Lini.
Fœnugræci ana libr. j.
Axungiæ Porci libr. xij.

Coquantur ad conſumtionem humidi, in fine addendo
Pulveris Radicis Curcumæ unc. ij.
Tandem ſolve
Ceræ citrinæ libr. ij.
Reſinæ Pini libr. iß.
Terebinthinæ libr. ß.
Cola, & ſerva.

## UNGUENTUM *ſive* BALSAMUM ARCÆI.

℞. Sebi Cervini unc. viij.
Terebinthinæ.
Elemi ana unc. vj.
Axungiæ Porci unc. iv.

Calore leni liqueſiant omnia, miſceantur in Unguentum, quod calidum per linteum coletur.

## UNGUENTUM DE ARTHANITA
*ſive*
### CONTRA VERMES.

℞. Radicis Cyclaminis recentis libr. ß.
Cucumeris aſinini recentis unc. iij.
Fellis taurini unc. j.
Butyri libr. ij.
Coquantur ſimul ad humidi conſumtionem, cola, & admiſce
Ceræ in ſemilibra Olei Colocynthidis ſolutæ unc. iij.
Tandem cum Unguento mediocriter refrigerato uniantur
Pulveris Aloes unc. iiß.
Scammonii.
Myrrhæ ana unc. iß.
Colocynthidis unc. ß.
Et ſerva.

## UNGUENTUM BASILICUM.

℞. Ceræ flavæ.
Sebi Arietini.
Reſinæ Pini.
Picis navalis.
Terebinthinæ ana libr. ß.
Olei Olivarum libr. j.

Li-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134012-p0317-0

Liquentur inſimul, colentur, & agitentur, donec in Unguentum conſiſtant.

## UNGUENTUM CALENDULÆ.

℞. Florum Calendulæ recentium libr. j.

Irroretur pauca aqua, & cum Butyri recentis libris duabus coquatur ad conſumtionem humidi; dein coletur, & Unguentum flavum ſervetur.

*Eodem modo parantur*

Unguentum Herbæ Linariæ.
Majoranæ.
Florum Verbasci.

## UNGUENTUM CARMINATIVUM.

℞. Florum recentium Sambuci.
Chamomillæ.
Herbæ recentis Abſinthii.
Menthæ.
Rutæ.
Abrotani.
Anethi.
Fœniculi ana unc. iij.
Axungiæ Porci libr. xij.

Coquantur ad humidi conſumtionem; dein cola cum expreſſione, & in colatura ſolve

Ce-

Ceræ citrinæ.
Sebi cervini ana libr. ß.
Olei Laurini libr. j.
Refrigerato demum Unguento admiſce
Olei deſtillati Carvi unc. ij.
Anethi.
Fœniculi.
Cumini ana unc. ß.
Et ſerva.

## UNGUENTUM DIAPOMPHOLYGOS.

℞. Emplaſtri Diapompholygos part ij.
Olei communis part. j.
Miſceantur.

## UNGUENTUM DIGESTIVUM.

℞. Terebinthinæ libr. ij.
Olei Hyperici libr. ß.
Vitellos ovorum numero vj.
Pulveris Maſtiches.
Myrrhæ.
Olibani ana unc. j.
Miſce in Unguentum.

## UNGUENTUM FUSCUM.

℞. Axungiæ Porci.
Butyri recentis.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134012-p0319-4

Ceræ flavæ.
Sebi Arietis.
Lithargyri pulverati ana unc. iv.
Olei Olivarum libr. ß.

Agitando coquantur in Unguentum ex fuſco nigricans, Gallis *Onguent de la Mere* dictum.

## UNGUENTUM DE LIQUIRITIA.

℞. Glycyrrhizæ recentis in fruſtula ſciſſæ libr. j.
Butyri recentis libr. ij.

Coquantur ad humidi conſumtionem; colato demum Unguento admiſce

Pulveris Ceruſſæ albæ libr. ß.
Nihili albi unc. ß.
Camphoræ dr. ij.

Et ſerva.

## UNGUENTUM LITHARGYRI, *ſive* NUTRITUM.

℞. Olei Olivarum libr. j.
In qua ſolve
Ceræ albæ libr. ß.

Refrigeratis admiſce ſucceſſive & ſub continua agitatione

Aceti Lithargyri bene ſaturati libr. j.

Aut

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134012-p0320-5
DFG

Aut quan'um oleum capere poteſt, ut fiat juſtæ conſiſtentiæ Unguentum, quod ſerva.

## UNGUENTUM MENDICORUM.

℞. Radicis Morſus Diaboli recentis.
Baccarum Juniperi viridium recentium ana unc. v.
Foliorum Urticæ majoris recentium.
Gemmarum recentium Populi.
Betulæ.
Quercus ana unc. iiß.

Contuſa coquantur in Butyri recentis librs tribus ad humidi conſumtionem, colatura fortiter expreſſa ſervetur.

## UNGUENTUM NEAPOLITANUM, *ſeu* MERCURIALE.

℞. Mercurii vivi unc. j.
Axungiæ Porci unc. iv.

Tere adusque Mercurii extinctionem, & ſerva.

## UNGUENTUM NERVINUM.

℞. Baccarum Juniperi viridium recentium libr. ß.

Herbæ recentis Salviæ.
Majoranæ.
Rosmarini.
Rutæ.
Lavandulæ.
Anethi.
Serpylli.
Menthæ.
Florum recentium Chamomillæ.
Meliloti ana unc. iij.

Conquaſſatis adfunde Axungiæ Porci ſuper igne liquatæ libras decem. Macerentur per dies ſex, dein coquantur ad humidi conſumtionem. In colatura fortiter expreſſa ſolve

Ceræ flavæ libr. ij.

Tandem Unguento frigefacto admiſce

Olei Laurini libr. j.
Juniperi.
Terebinthinæ ana unc. j.
Benzoes unc. β.

Et ſerva.

## UNGUENTUM NIHILI,
*ſive*
DE TUTIA.

℞. Pulveris Nihili albi unc. ij.

Pulveris Tutiæ unc. j.
Camphoræ dr. j.
Axungiæ Porci libr. j.
Miſce in Unguentum.

## (*)UNGUENTUM OPHTHALMICUM.

℞. Butyri recentis unc. j.
Tutiæ præparatæ dr. j.
Mercurii præcipitati rubri gr. xxv.
Vitrioli de Cypro gr. vj.
Miſce exactiſſime & exhibe unguentum ex tempore parandum.

## UNGUENTUM AD PHTHIRIASIM,
*ſeu*
CONTRA PEDICULOS.

℞. Mercurii vivi unc. ij.
Axungiæ Porci libr. iß.
Terantur ad omnem omnino Mercurii globulorum diſparitionem; dein admiſce
Pulveris Seminum Staphiſagriæ.
Sabadillæ ana unc. ij.
Radicis Hellebori albi unc. j.
Olei Laurini unc. ix.
Spicæ unc. j.
Et ſerva.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134012-p0323-2 DFG

## UNGUENTUM POPULEUM.

℞. Gemmarum Populi *nigræ* recentium lib. iß.

Conquaſſatas infunde cum Axungiæ Porci liquatæ libris ſex, & ſerva, donec debito æſtatis tempore ſequentes Herbæ colligi poſſint recentes, videlicet:

Herbæ Solani.
Hyoſcyami.
Papaveris ana unc. iv.
Violæ.
Lactucæ ana unc. iij.
Sempervivi majoris.
Sedi albi.
Craſſulæ ana unc. ij.

Inciſæ coquantur cum infuſione ſuperiori ad humidi conſumtionem, & per linteum expreſſum Unguentum ſervetur.

## UNGUENTUM POTABILE RUBRUM.

℞. Radicis Anchuſæ luteæ libr. ß.

Humectetur aliquot unciis Vini rubri; dein cum Butyri recentis libris ſex ebulliat parumper, ut humidum abigatur; tandem coletur nitide rubens Unguentum.

Un-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134012-p0324-8

## UNGUENTUM ROSATUM ALBUM.

℞. Axungiæ porcinæ aliquoties Aqua pura ultimo tandem *Aqua Roſarum* lotæ libr. j.
Olei Lavandulæ dr. ß.
Ligni Rhodii.
Citri ana gtt. x.
Miſce, & ſerva.

## UNGUENTUM AD SCABIEM.

℞. Axungiæ Porci libr. iv.
Aceti Lithargyri libr. j.
Coquantur ad conſumtionem humidi; dein admiſce
Florum Sulphuris unc. v.
Olei Tartari per deliquium unc. j.
Laurini libr. ß.
Benzoini unc. ß.
Et ſerva.

## UNGUENTUM DE STYRACE.

℞. Styracis liquidæ.
Olei Nucum.
Elemi.
Ceræ flavæ ana unc. iij.
Colophoniæ libr. ß.
Miſta absque Styrace, & leni igne liquefacta colentur, tum admiſceatur Styrax agi-

tenturque, donec frigidum conſiſtat Unguentum, quod ſervetur.

## UNGUENTUM AD VERMES,
*vide*
UNGUENTUM DE ARTHANITA.

## UNGUENTUM DE UVIS.
*ſeu*
AD LABIA.

℞. Butyri recentis libr. ij.
Succi Uvarum unc. iij.

Coquantur igne leni, donec humidum fit abſumtum; dein cola, & ſolve
Ceræ citrinæ unc. viij.

Refrigerato Unguento admiſce
Olei Corticum Citri Bergamottæ gtt. xxx.
Pulveris Orleanæ gr. x.

Et ſerva.

Qui rubrum Unguentum hoc deſiderat, addat, loco pulveris Orleanæ, ſub ipſa Butyri coctione
Radicis Anchuſæ luteæ unc. j.

Et colatum ſervetur Unguentum.

INDEX.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134012-p0326-0
DFG